


1
7
175


Bartholomæi
Pitisci Grunbergensis
Silesij.
TRIGONOMETRIÆ
Siue
De dimensione Triangulorum
LIBRI QVINQVE. Item
PROBLEMATVM VARIORV.
nempe
Geodæticorum,
Altimetricorum,
Geographicorum,
Gnomonicorum, et
Astronomicorum:
LIBRI DECEM.
EDITIO TERTIA:
Cui recens accessit Pro-
blematum Architecto-
nicorum liber
unus.
FRANCOFURTI.
Typis Nicolai Hofmanni
Sumptibus Ionæ Rosæ.
M DC XII.
A 1

Auctor Lectori S.

In hac tertia Trigonometriæ meæ editione, præter vetera omnia nitidius impressa, hæc duo insunt plane nova:

I. Inventio subtensæ, tertiæ vel quintæ, vel cujuscunq; imparis partis alicujus arcus, ex data sola subtensa illius arcus; etiam per communem Arithmeticam, & sine omni adminiculo Algebræ. Quæ inventio hactenus credita fuit impossibilis.

II. Liber Problematum Architectonicorum, in quo præcipua Architecturæ militaris mysteria reserantur.

Quæ duo, qualia sint, & quanti precii, malo te ex tuo sensu, quàm ex verbis meis æstimare. V.

II

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO FRIDERICO IV.

COMITI PALATINO AD RHENUM, S. RÔM. IMPERII ARCHIDApifero & Electori, Duci Bavariæ, &c. Domino suo Clementissimo.

ILLVSTRISSIME Princeps Elector, Domine Clementissime, Nisi nota esset Illustrissimæ Celsitudini Tuæ tota vita mea; prolixè me excusarem, quod ego homo Theologus, quasi oblitus vocationis meæ, & Mathesin excolam, & eius generis scripta in lucem edam. Nec enim dubito, quin multi sint hoc studium meum calumniaturi, nisi paratam mihi apud Illustrissimã Celsitudinem Tuam defensionem esse sciant. Et certè si ego tempus, quod

meditationi rerum divinarum debeo, in dinumerationem astrorum conferrem, culpa minimè vacarem. Nunc autem, quando non aliis horis hæc ago, quàm quibus horis alij ociantur: nec in alium finem, quàm ut Illustrissimæ Tuæ Celsitudini, de his rebus crebrò sciscitanti, promptè & dextrè respondere possim: quis est qui vel lusus meos ingenuos aliorum desidiæ postponat, vel voluntatem Illustrissimæ Celsitudinis Tuæ cõmodis inserviendi reprehendat? Abrahamo Patriarchæ laudi datur à Josepho, quòd & ipse mathematicas artes calluerit, & alios in iisdem instituerit. Et in encomiis Danielis hoc non est postremum, quòd instructus fuerit omni sapientia Chaldæorum: quæ sapientia præcipuè in mathesi consistebat. Neq; minus Theologis, quàm aliis quibuscunq; hominibus opera Dei idcirco sunt proposita, ut iis contemplandis sapientiam Dei admirari, potentiam metuere, & bonitatem magnifacere discant. Omnes autem isti affectus sine dubio tantò sunt ferventiores, quanto intelligentia operũ divinorum est in homine pio maior. Intuetur idiota quispiam Solem: miratur claritatem lucis: potestatem caloris: velocitatem cursus: certitudinem itine-

itineris: nescius interim, quæ sit forma & magnitudo Solis, & quam longinquum iter, quod quotidie permeat. Si eidem dicas, & ex Astronomia demonstres: Solē esse globum, globo terreno centies sexagies sexies maiorē; & circulum cursus ipsius quotidiani cōtinere plus quam quadragies centena millia milliarium Germanicorū: non amplius admirabitur, sed plane obstupescet ad tanta naturæ miracula; & exclamabit cum Davide: Iehova Deus noster, quā admirabile est nomen tuum in universa terra! Et, quid est homo, quod tu, tantarū rerum conditor & effector, es memor eius? Adde, quod semper ita iudicatum est, post arcanam operationem Spiritus Dei, nihil esse quod hominē mansuetiorem reddat, quā cœlestis illius Philosophiæ cultura. Mansuetudo autem bone Deus, quantum, & quam rarum est Theologorum ornamentum! Et quam optandum esset hoc seculo, omnes Theologos esse mathematicos, hoc est, homines tractabiles & mansuetos. Quanquam, ne quis meo exemplo abusus plus nimio his speculationibus tribuat; & interim officium suum negligat: aperte fateor, ut privata & modica harū rerum exercitatio nemini nocet: ita publicā & assi-

duam earum tractationē non posse non aliquid incommodi afferre ijs, qui & corporis & ingenij vires aliis laboribus exantlandis integras cōservare debēt. Quod cum hoc semestri deprehendissem: & ipse mihi proposui, nihil amplius in hoc genere scribere, & aliis mei ordinis hominibus, ut idem sibi proponant, autor sum. Verè enim Ludovicus Vives: Ingenium, inquit, vividius est, non nimis defatigatū. Et severè Christus: Mortui, inquit, sepeliant mortuos suos, tu autem vade & annuncia regnum Dei. Hoc igitur deinceps agamus. Quæ verò huc usq; scripsi, quia non tantum Tibi, Jllustrißime Princeps Elector, sed & aliis multis usui esse possunt; cur invidiose premam? Id enim absq; iactantia me dicere posse confido, doctrinam Triangulorū in hunc usq; diem à nemine tam perspicuè explicatam, & usum eius in tot artibus, tam familiariter monstratū esse. Præsertim delectabit, sat scio, omnes rectè iudicantes, quod in problematib9 de motu Solis & Lunæ videbunt, motus cœlestes omnes (nam cæterorum eadem est ratio) absque omni tàm Alphonsinarum, quàm Prutenicarum tabularū ope, per solum Canonem Triangulorum; & per cōmunem Arithmeticam, eadem

eadem facilitate, certitudine autem & iucũditate, quàm per tabulas, multo maiore, supputari posse. Qua ex re etiam Celsitudinem Tuam maximam suo tempore voluptatem capturam esse minimè dubito. Postquam enim Arithmeticam Celsitudo Tua totam perdidicit: & in Geometria etiam fundamẽta non cõtemnenda iecit: nihil impedire poterit, quo minus etiam istam scientiã superstruat, qua nomen plusquam regium sibi ad omnem posteritatem esset comparatura. Quò rariores enim sunt Principes, qui hæc intelligant: tanto maior laus est, si intelligãt. Et scit Illustrissima Tua Celsitudo, Illm suũ avunculum, VVilhelmum, p. m. Hassiæ Landgravium, etsi aliis quoq; rebus gestis clarus esset, non aliunde tamen maius, quam ex Astronomiæ studio nomen sibi acquisivisse. De Alphonso verò Castellæ Rege vulgò notum est, eius memoriam iam pridem fuisse sepultam, nisi Tabulæ cœlestium motuum ipsius cura & sumtibus editæ in literatorum manibus versarentur. Hos igitur laudatissimos Reges & Principes imitari, laudem vere regiam esse, Illustrissima Celsitudo Tua putet. Quam ad rem si quid ego cõferre potero: non patiar, vel fidem, qua Illustrissimæ

Tuæ

Tuæ Celsitudini sum obstrictus, vel industriã, unquam in me desiderari. Etsi n. publice hæc tractare deinceps, ut supra dixi, nolo: Illustrissimæ tamẽ Celsitudini Tuæ, *si quid etiã porro de rebus istis ex me scire cupiat, deesse neque debeo neq; volo. Præsertim postquam tot annos tot beneficiis una cum tota familia mea ab Illustrissima Celsitudine* Tua *sum affectus. Pro quibus beneficiis, quia eorum magnitudini officiola mea neutiquam respondent; Deum oro, ut divitiis gratiæ suæ ea compensare, & Illustrissimam Celsitudinẽ* Tuam, *una cum laudatissima ipsius coniuge, & prole numerosa, omni benedictione, tam corporali, quam spirituali, perpetuo prosequi dignetur. Cuius mei animi & voti hæc nuncupatio testis esto. Perscriptum Hagenbachii, in comitatu aulæ Illustrissimæ Celsitudinis* Tuæ, *Anno N.C. 1599. die 12. Septembr.*

Illustrissimæ C. T.

humilimus &
addictissimus servus

B. Pitiscus.

BARTHOLOMÆI PITISCI GRUNBERGENSIS TRIGONOMETRIÆ

LIBER PRIMVS.

De generibus & affectionibus Triangulorum.

I. Trigonometria eſt doctrina de dimenſione Triangulorum.

II. Triangulum eſt figura tribus lateribus tres angulos comprehendens: *Vt ſunt figuræ ABC & DEF.*



III. Latera duo quælibet ſunt crura anguli à ſe comprehenſi: tertium, baſis. *vt latera AB & AC ſunt crura anguli BAC: latus BC eſt eiuſdem anguli baſis.*

IV. Latus vnumquodq; dicitur ſubtendere angulum ſibi oppoſitum. *Vt latus AB ſubtendit angulum ACB. Latus AC ſubtendit angulum ABC. Latus BC ſubtendit angulum BAC.*

V. Latera maiora maiores angulos ſubtendunt. *Subintellige:* Et minora minores, & æqualia æquales. *Veritas theorematis per ſe manifeſta eſt. Demonſtratur tamen apud Euclidem ad 18. & 19. p. 1. & apud Regiomontanum ad 42. & 43. prop. 3. Luculenter etiam confirmabitur infra per ſecundũ axioma libri tertii, & per tertium quarti.*

VI. Anguli menſura eſt circuli ex angulari puncto deſcripti arcus, inter crura ſatis prolongata interceptus: *Vt, in Triangulo ABC, anguli BAC menſura eſt arcus OP vel BD.*

VII. Circulus in trigonometria omnis diuiditur in partes ſiue gradus 360. & gradus ſinguli rurſum in 60. ſcrupula, ſiue minuta prima, & vnum primum in totidem ſecunda, &c. Quæ partes tanto ſunt maiores, quanto circulus eſt maior. Arcus autem, qui eodem partium numero conſtant, in circulis æqualibus æquales, in circulis inæqualibus ſimiles dicũtur: *Vt, arcus BD & GH ſunt æquales: arcus verò BD & OP ſunt ſimiles. Sicut enim BD, verbi gratia, eſt 40 partium in circulo magno EBD: ita OP eſt 40. partium in circulo parvo LOP. &c.*

VIII. Igitur circuli dicti quadrans eſt arcus 90. partium.

IX. Arcus quadrante minoris complementum eſt, quod ipſi ad 90. partes deeſt. *Vt, arcus BD. 40. partium, complementum eſt arcus BE. 50. partium: & viciſſim.*

X. Ar-

X. Arcus quadrante maioris excessus supra quadrantem est, quod ipsi supra 90. partes adest. *Vt, arcus GEB. 140. partium, excessus supra quadrantem est arcus EB. 50. partium.*

XI. Semicirculus est arcus 180. partium.

XII. Arcus semicirculo minoris complementum est, quod ipsi ad 180. partes deest. *Vt, arcus GEB. 140. partium, complementum est, arcus BD. 40. partium.*

XIII. Anguli per crucem oppositi sunt æquales. *Vt, anguli BAD & GAH sunt æquales. Similiter etiam anguli GAB & HAD. sunt æquales. Idem fit in Sphæricis. Veritas theorematis per se patet. Demonstratur tamen apud Euclidem de lineis rectis sese mutuo secantibus ad 15. p 1.*

XIV. Angulus est rectus vel obliquus.

XV. Angulus rectus est, cuius mensura est quadrans. *Vt, EAD.*

XVI. Angulus obliquus est obtusus vel acutus.

XVII. Angulus obtusus est, cuius mensura est arcus quadrante maior. *Vt BAG.*

XVIII. Angulus acutus est, cuius mensura est arcus quadrante minor. *Vt BAD.*

XIX. Angulorum complementa dicuntur, vt arcuum.

XX. Anguli quilibet super eadem linea vtrinq; protensa concurrentes simul sumti sunt æquales duobus rectis. *Vt, anguli BAD, EAB. & EAG concurrentes ad punctum A, super linea GD, sunt æquales duobus rectis GAE. & EAD. per structuram.*

XXI. Itaque si obliqui duo super eadem linea vtrinque protensa concurrant, alter est alterius ad duos rectos complementum. *Vt anguli GAB. complementum ad duos rectos est angulus BAD, & is huius vicissim.*

XXII. Triangulum primò est laterum quorundam æqualium vel omnium inæqualium.

XXIII. Si Triangulum ſit laterum quorundam æqualium, perpendicularis à concurſu laterum æqualium, biſecat baſin & angulum baſi oppoſitum: *Et contra. Vt, In Triangulo laterum æqualium A B & B C. perpendicularis BD biſecat baſin AC: & angulum baſi oppoſitum ABC. Biſecat baſin AC: quia ſi non biſecaret, ſed caderet extra medium punctum D. verbi gratia, in E, non eſſet perpendicularis: quippe non breuiſſima inter punctum B & rectam AC. Biſecat etiam angulum baſi oppoſitum ABC & eius menſuram AFC. quia anguli ſunt vt latera, per 5. huius.*



XXIV. Triangulum laterum quorundam æqualium eſt æquicrurum vel æquilaterum.

XXV. Triangulum æquicrurum eſt, quod duo tantùm habet latera æqualia.

XXVI. Triangulum æquicrurum eſt ad baſin æquiangulum, & contra: *per 5. huius.*

XXVII. Triangulum æquilaterum (*per excellentiam ita dictum*) eſt, quod omnia latera habet inuicem æqualia.

XXVIII. Triangulum æquilaterum eſt æquiangulum, & contra: *per 5. huius.*

XXIX. Triangulum deinde eſt rectangulum vel obliquangulum.

XXX. Triangulum rectangulum eſt, quod vel vnum habet rectum.

XXXI. In Triangulis, rectangulis, vnum tantum rectum habentibus, ſubtendens rectum ſpeciatim hypotenuſa dicitur: includentia verò rectum, perpendiculum & baſis: pro libitu, *Vt, in triangulis ABC, & DEF, latera AB & DE ſunt hypotenuſæ:*

BC &

BC & EF. perpendicula: AC & DF bases: vel contra, AC & DF per-pendicula: BC & EF bases.



XXXII. Triangulum obliquangulum eſt, quod omnes angulos habet obliquos.

XXXIII. Triangulum obliquangulum, eſt vel obtuſangulum vel acutangulum.

XXXIV. Triangulum obtuſangulum eſt, quod vel vnum habet obtuſum.

XXXV. Triangulum acutangulum eſt, quod omnes angulos habet acutos.

XXXVI. Triangulum deniq; eſt planum, vel ſphæricum: planum, in plano: ſphæricum, in globo.

XXXVII. Trianguli plani ſub Trigonometriam cadentis latera ſunt tantum lineæ rectæ.

De lineis rectis ad Trigonometriam rectè intelligendam prænoſſe oportet ea, quæ ſequuntur theoremata.

XXXVIII. Si linea recta in rectas parallelas incidat, angulos ſimiles ſimiliterq; aut alternatim ſitos facit æquales: *& contra.*

Vt, si recta AB incidat in parallelas CD & EF: angulos similes similiterque sitos BHD & BGF, item alternatim sitos CHG & HGF, &c. facit æquales. Et contra: Si recta AB in rectas CD & EF incidens, prædictos angulos similes similiterque aut alternatim sitos, hoc est, acutos acutis, & obtusos obtusis facit æquales, rectæ CD & EF sunt parallelæ. Est 29. primi Euclidis. Lucem habet naturalem. Nam, si AB recta est, rectæ CD & EF æqualiter inter se distare non possunt, nisi ad rectam AB æqualibus angulis inclinentur. Hinc, si plures rectæ in eandem rectam sint perpendiculares, sunt inuicem parallelæ. *Vt rectæ CD & EF, sunt inuicem parallelæ, quia sunt in eandem rectam DF perpendiculares.*

XXXIX. Si plures rectæ pluribus rectis parallelis intersecentur, intersegmenta sunt proportionalia. *Verbi gratia, si duæ rectæ AB & AC intersecentur parallelis DG, EH & BI. dico intersegmenta AE & AF similiterque EB & FC esse inter sese proportionalia, hoc est, Si AE sit tertia pars rectæ AB: etiam AF fore tertiam partem rectæ AC, &c. Ratio est: quia recta EH de toto*



spatio DGIB abscindit partem tertiam. Ergo etiam de singulis lineis per totum istud spatium ductis.

Hinc parallelæ parallelis terminatæ sunt æquales, & contra: *vt parallelæ AF & GH terminatæ parallelis AG & FH sunt æquales.*

æquales. Cum enim tota AC & GI ſint æquales: etiam partes tertiæ AF & GH æquales eſſe neceſſe eſt.

XL. Si duæ rectæ in ſe mutuo ducantur, efficitur inde quadrangulum rectangulum: *Vt, ſi duæ rectæ AB & AD in ſe mutuo ducantur, efficitur inde quadrangulum ABCD. Quod ſi ergo AB ſit quinque pedum, AD ſex: totum quadrangulum ABCD erit triginta pedum quadratorum, vt apparet ex lineis in diagrammate punctatis.*



XLI. Rectangula è tota vna & ſegmentis alterius, ſimul ſumta, ſunt æqualia rectangulo ex vtraque tota. *Vt rectangula ex tota AD 6. & ſegmentis AG 3. & GB 2. nempe rectangula AGFD 18. & FGBC 12. ſimul ſumta ſunt æqualia rectangulo ABCD 30. facto ex vtraque tota AD 6. & AB 5.*



XLII. Si quatuor rectæ ſint proportionales (*hoc eſt, ſi ſe habeant, vt prima ad ſecundam, ita tertia ad quartam*) rectangulum mediarum æquatur rectangulo extremarum. *Vt, ſi ſint quatuor proportionales AB duorum: EF trium: FG ſex: BC novem pedum: Rectangulum mediarum EF & FG, nempe rectangulum EFGH, æquatur rectangulo extremarum AB & BC, nempe rectangulo ABCD. Nam vt bis novem ſunt octodecim: ita ter ſex ſunt octodecim.*

I. Si



Hinc

I. Si quatuor rectæ ſint proportionales, datis tribus, datur quarta. Rectangulum enim mediarum diuiſum per extremarum alteram, relinquit alteram: *Vt, ſi dicatur.*

Vt 2. *ad* 3. *ita* 6. *ad* 9.

Rectangulum factum ex 3. & 6. nempe 18. diuiſum per extremam primam, 2. relinquit extremam vltimam, 9. &c. Atq; hæc eſt ratio, cur in regula proportionum, quam barbarè vocant Regulam Detri, duo poſteriores termini inter ſeſe multiplicentur, & productum diuidatur per primum: quia videlicet productum multiplicationis ſecundi & tertii termini, eſt etiam productum multiplicationis primi & quarti: diuiſum itaq; per primum, relinquit quartum. Nam diuiſio & multiplicatio mutuò ſeſe produnt. Nihil autem intereſt ad praxin, vtrum terminorum mediorum ſecundo vel tertio loco ponas. Siue enim dicas.

Vt 2. *ad* 3. *ita* 6. *ad------&c. Siue*
Vt 2. *ad* 6. *ita* 3. *ad------&c.*

Etſi

Etsi alia in priore, alia in posteriore collocatione termini primi ad secundum, & tertii ad quartum est proportio: quæsitum tamen ex utraq; collocatione reperies prorsus idem: quia perinde est, sive tria per sex, sive sex per tria multiplices: &c.

Hinc etiam

II. Rectangula æqualia latera habent reciprocè proportionalia: (*hoc est, In rectangulis æqualibus habent sese, ut latus minus rectanguli primi ad latus minus secundi, ita latus maius rectanguli secundi ad latus maius primi*) & contra. *Verbi gratia, in rectangulis æqualibus ABCD & EFGH habent sese:*

Vt	AB	*ad*	EF	*ita*	FG	*ad*	BC, *&c.*
	2		3		6		9



Causa est manifesta ex antecedentibus.

XLIII. Si tres rectæ sint proportionales: (*hoc est, si se habeant, ut prima ad secundam, ita secunda ad tertiam*) quadratum mediæ, æquatur oblongo extremarum:

Quia enim media bis ponitur, hoc modo:

Vt
ad
ita
ad



Perinde eſt, ac ſi eſſent quatuor proportionales. Ideo quicquid de quatuor proportionalibus dictum fuit, de tribus quoq; proportionalibus eſt intelligendum.

XLIV. Si recta biſecta continuetur, oblongum continuatæ & continuationis eſt æquale quadrato rectæ ex biſegmento & continuatione compoſitæ: minus quadrato biſegmenti, *6.p.2 Euclid.*



Eſto recta AK biſecta in G & continuata in B: continuationi KB ſtatuatur æqualis BC, atq; inde fiat oblongum ABCD. Ad rectam porro GB compoſitam ex biſegmento GK & continuatione KB deſcribatur quadratum GBEF: & ex eo quadrato per rectas KL & GH abſcindatur quadratum biſegmenti ILFH, ut relinquatur gnomon MNO. Dico oblongum ABCD eſſe æquale quadrato GBEF minus quadrato ILFH ſive, quod idem eſt, dico oblongum ABCD eſſe æquale gnomoni MNO. Spacia enim M & N ſunt communia. Spacium verò gnomonis O, ſive rectangulum

lum ICEL, est æquale rectangulo GHDA. Vtrumq; enim factum est ex continuatione & bisegmento. Ergo si recta bisecta continuetur, &c. quod demonstrandum erat.

Atq; hæc de lineis rectis, tanquam de lateribus triangulorum planorum, huc inserenda duximus. Nunc ad ipsa triangula plana revertemur.

XLV. In triangulo plano parallela basi crura secat proportionaliter.



Vt, in triangulo plano ABC. si KL. parallela basi BC. abscindat de crure AC. partem tertiam: etiam de crure AB partem tertiam abscindet, per 39. hujus: adeoq; erunt:

Vt AB ad AC, ita AK ad AL. Item:
Vt AK ad BK, ita AL ad CL. Item:
Vt AK ad AL, ita KB ad LC.

XLVI. Si plura triangula plana comparentur: TRIANGVLA ÆQVIANGVLA HABENT LATERA CIRCA ÆQVALES ANGVLOS PROPORTIONALIA: & contra, 4. *p. 6. Euclid.*

Hoc theorema præcipuum est totius Trigonometriæ fundamentum. Igitur præ cæteris cunctis diligenter & explicetur & attendatur.



DECLARATIO. Sint ergo duo triangula plana, ABC & ADE æquiangula. sic ut anguli ad B & D. Item ad A & A. Item ad C & E sibi mutuo sint æquales: Dico latera eorum esse circa æquales angulos proportionalia, hoc est, esse:

I. Vt AB ad BC, ita AD ad DE.
II. Vt AB ad AC, ita AD ad AE.
III. Vt AC ad CB, ita AE ad ED.

DEMONSTRATIO. Quia enim anguli BAC & DAE sunt æquales, ex thesi: ideo si AB ad AD applicetur, AC necessariò cadet in AE, & ex illa applicatione tale Schema existet. In quo schemate, quia latera AB & AC coincidunt, & præterea anguli ad B & D: itemq; ad C & E sunt æquales, ex thesi: Ideo latera reliqua BC & DE necessariò erunt parallela, per 38. huius. Atqui in Triangulo plano recta parallela basi crura secat pro-



portionaliter, per proximè præcedentem. Ergo in Triangulo ADE recta BC, cum sit parallela basi DE: crura AD & AE secat proportionaliter: adeoq;

Vt,

Vt, ∠AB ad ∠AD ita ∠AC ad ∠AE.

Porrò, per punctum B ducatur recta BF parallela basi ∠AE. Hac reliquum crus DE cum crure DA secabit proportionaliter in punctis B & F per eandem proximè præcedẽtem: eritq; iam etiam:



Vt AB ad AD, ita FE ad DE.
Siue, quod idem est:
Vt AB ad AD, ita BC ad DE.

Nam FE & BC æquantur per consectarium 39. hujus. Præterea cum sint:

Vt AB ad AD, ita AC ad AE,
& ita BC, ad DE. Eruntetiam:
Vt AC ad AE, ita BC ad DE.

Nam quæ uni tertio conveniunt, etiam inter sese conveniunt. Igitur iam in universum erunt:

I. Vt ∠AB ad AD, ita BC ad DE.
II. Vt ∠AB ad AD, ita AC ad AE.
III. Vt ∠AC ad AE, ita BC ad DE.

Deniq; quia ad effectum nihil interest, utrum terminorum proportionalium intermediorum secundo, vel tertio loco colloces: Erunt etiam permutatim:

I. Vt ∠AB ad BC, ita AD ad DE.
II. Vt ∠AB ad AC ita AD ad AE.
III. Vt ∠AC ad BC, ita AE ad DE.

Atq; adeo Triangula plana æquiangula, qualia hic sunt ABC & ∠ADE latera habent circa æquales angulos proportionalia: quod demonstrandum erat.

ILLVSTRATIO per numeros: *Sit igitur ◡AB quinq; pedum: AD, decem: DE, sex. Quæritur BC quot pedum?* ℞. *Trium. Nam*

AD   *DE*   *AB.*

Vt 10--------*ad*------6- -----*ita*-------5.

30
10 (*ad* 3. *BC.*

Sit AC quatuor pedum; BC, trium: DE, sex. Quæritur ◡AE, quot pedum? ℞ *Octo. Nam,*

BC   *CA*   *DE*

Vt- ----3------*ad*-------4------*ita*-------6.

24
3 (*ad* 8. ◡*AE.*

XLVII. Si plura Triangula plana componantur, & rectis parallelis intersecentur: intersegmenta sunt proportionalia: *hoc est, si (verbi gratia) Triangula duo EAF & FAG cōponantur, & rectis parallelis BCD & EFG intersecentur: intersegmenta sunt:*



Vt,

Ut BC ad EF, ita CD ad FG:
Vel:
Ut BC ad CD, ita EF ad FG: &c.

Per 39. hujus: vel per proximè præcedentem. Nam Triangula ABC & AEF sunt æquiangula per 38. hujus, propter BC & EF parallelas. Igitur,

Ut AC ad AF, ita BC ad EF:

Per proximè præcedentem. Atqui per eandem:

Ut AC ad AF, ita CD ad FG.

Quæ verò conveniunt uni tertio, etiam inter se conveniunt. Ergo sunt etiam

Ut BC ad EF, ita CD ad FG. &c.

XLVIII. Si Trianguli plani quodcunq; latus continuetur, angulus exterior per continuationem illam factus, est æqualis angulis duobus interioribus oppositis: *Ut, si Trianguli plani ABC latus AC continuetur in D: angulus BCD exterior, erit æqualis duobus interioribus oppositis BAC & ABC. Si enim ex puncto C suscitetur recta CE parallela rectæ AB: angulus exterior BCD erit compositus ex angulis ECD & ECB. Atqui anguli ECD, & ECB sunt æquales duobus interioribus oppositis BAC & ABC (nempe angulus ECD angulo BAC, & angulus BCE angulo ABC) per 38. hujus: propter parallelas AB & CE. Ergo etiam angulus*



BCD est æqualis duobus interioribus oppositis BAC & ABC: quod demonstrandum erat.

XLIX. In Triangulo plano tres anguli sunt duobus rectis æquales: *Ut in Triangulo plano ABC, Schematis antecedentis: dico*

dico tres angulos ABC, BAC & ACB esse æquales duobus rectis. Anguli enim quilibet super eadem recta ad idem punctum concurrentes, sunt æquales duobus rectis, per 20. hujus. Atqui anguli tres ABC BCA & BAC æquipollent angulis tribus super eadem recta AD ad idem punctum C concurrentibus. Angulus enim BCA est communis: anguli verò ECD & ECB angulis BAC & ABC sunt æquales, per proximè præcedentem. Ergo anguli tres ABC, BCA & BAC sunt æquales duobus rectis. Quod demonstrandum erat. Hinc:

1. In Triangulo plano non potest esse nisi unus rectus vel obtusus.

2. Et uno existente recto vel obtuso, cæteri duo necessariò sunt acuti.

3. Et, duorum quorumcunque tertius est ad duos rectos complementum.

4. Hinc deniq; : Si duo Triangula binis angulis sint æquiangula, prorsus sunt æquiangula.

L. In Triangulo plano rectangulo, latera includentia rectum æquè possunt hypotenusæ, *penult. primi Euclid.*

DECLARATIO. In Triangulo plano ABC rectangulo ad B. dico latera AB & BC includentia rectum ABC. æquè posse hypotenusæ AC. hoc est, quadrata laterum AB & BC, nempe quadrata ALMB & BEDC simul sumta, esse æqualia quadrato hypotenusæ, AC. nempe quadrato ACKI.

DEMONSTRATIO. Si enim ex recto B descendat perpendicularis BFG ex quadrato ACKI fiunt oblonga duo AFGI & FCKG. quæ sunt æqualia, hoc quidem quadrato BEDC: illud autem quadrato ALMB. Ergo & quadratum ACKI. ex duobus illis oblongis compositum, est æquale duobus quadratis, ALMB & BECD. Quod autem duo oblonga AFGI & FCKG. duobus quadratis ALMB & BEDC sint æqualia, id de singulis in specie: ac primum quidem de oblongo AFGI sic probatur.

Si tres rectæ sint proportionales, quadratum mediæ æquatur oblongo extremarum, per 43. hujus.

Atqui

Atqui tres recta, AI, AB & AF, sunt proportionales, hoc est, habent sese, ut AI ad AB, ita AB ad AF.



Ergo quadratum ex AB, aequatur oblongo ex AI & AF.

Minor probatur. Triangula enim ABC & BAF sunt aequiangula, propter communem ad A & rectos ad B & F. per 4 c. 49. hujus. Ergo per 46. hujus, ut AC, (cui aequalis est AI.) ad AB. ita AB ad AF.

Simili prorsus modo probatur, oblongum FCKG esse aequale quadrato BEDC. Triangula enim ABC & BCF sunt aequiangula, propter cōmunem ad C & rectos ad B & F. per 4. c. 49 hujus. Ergo per 46. hujus, Vt AC ad BC: ita BC ad FC. adeoq; per 43. hujus, quadratum ex BC est aequale oblongo ex AC sive KC & FC.

C In

In triangulo igitur plano rectangulo latera includentia rectum æquè possunt hypotenusæ. Quod demonstrandum erat.

Scholion.

Crassiore minerva hæc propositio sic demonstrari potest. Sit triangulum ABC rectangulum ad B, & sint latera AB.3.BC.4.AC.5.pedum. Quadrentur singula latera; & quadrata singula lineis punctatis in pedes quadratos distinguãtur. Videbis quadratum hypotenusæ AC. habere tot pedes quadratos, quot pedes quadratos habent quadrata laterum AB & BC. simul sumta.



Consectarium.

Igitur in Triangulo plano rectangulo, datis duobus quibuscunq; lateribus, datur tertium. *Vt si dentur duo latera includentia rectam AB & BC partium 3. & 4 iunctis eorum quadratis 9 & 16. in unam summam 25. & radice inde extracta, reperitur hypotenusa AC partium 5.*

Contra, si detur hypotenusa partium quinq; & alterum includentium rectum, partium trium: subtracto quadrato trium partium de quadrato quinq; partium, hoc est, subtracto quadrato 9. de quadrato 25. & ex residuo 16. extracta radice quadrata, reperietur alterum includentiũ rectum, partium 4.

Scholia de extractione radicis quadratæ.

I. *Si post extractam radicem quadratam ex aliquo numero fractiones aliquæ superfuerint, radicem duplicatam & insuper unitate auctam, fractionibus illis subnotabis: hoc modo.*

$$\overset{3}{\cancel{1}\cancel{2}} \,(\, 3\tfrac{3}{7}$$

II. *Radix quæ huiusmodi fractiones adiunctas habet, nunquam est exactè vera. Nam radix exactè vera in se ipsam ducta, numerum, unde extracta est, ad assem reddere debet. Atqui si radicem $3\frac{3}{7}$ in seipsam ducas, hoc est si $3\frac{3}{7}$ per $3\frac{3}{7}$ multiplices, non procreabis inde numerum 12. unde radix $3\frac{3}{7}$ est extracta. sed tantum $11\frac{37}{49}$. Qua de re vide Ramum in elementis Geometricis, elemento octauo libri XII. Et Lazarũ Schönerum in scholiis & tractatibus ad arithmeticam Rami adiunctis.*

LI. In Triangulo plano rectangulo, latera includentia rectum ad hypotenusam plerunq; sunt irrationalia, hoc est, numero exacto datæ mensuræ cujuscunq; inexplicabilia. *Causa patet ex Scholio secundo proximè præcedentis.*

LII. In Triangulo plano rectangulo, acutorum alter est alterius complementum. *Per 49. hujus. Facilime etiam probatur hoc modo. In Triangulo plano ABC, rectangulo ad C, angulus ABC acutorum alter, est æqualis angulo BAE per 8. huius: propter parallelas EA & BC. Atqui angulus EAB est complementum anguli BAC per structuram. Ergo etiam angulus ABC est complementum anguli BAC.*



LIII. Si Triangulum planum circulo sit inscriptum, anguli ad circumferentias oppositas sunt subdupli: *Vt, si in circulo ABC circumferentia BC sit 120 graduum. Angulus BAC circumferentiæ BC oppositus erit 60. graduũ. Ratio est.*



Quia circumferentia tota ABC est 360. graduum, per 7. hujus. Anguli vero tres trianguli ABC circulo inscripti sunt 180 graduũ, per 49. hujus. Ergo ut circumferentia quæq; est tertia pars de 360. Ita angulus quilibet circumferentiæ illi oppositus est tertia pars de 180.

Evidentius ita demonstratur, v.g. de angulo ABC. Ex angulo dicto ∠ABC ducatur per totum circuli planum diameter BED. Ex centro verò E ad circumferentiā ABCD ducantur duo radii EA & EC. Dico angulos partiales ∠ABD & DBC esse subduplos ad angulos partiales AED & DEC. Nam anguli ∠ABE & BAE æquantur per 5. hujus. ∠Angulus verò ∠AED æqualis est angulis ABE & BAE simul sumtis, per 48. hujus. Ergo angulus AED ad angulum ABD est duplus. Similiter, ∠Anguli EBC & ECB sunt æquales per 5. hujus. Et his utrisq; simul



est æqualis angulus DEC per 48. hujus. Ergo etiam angulus DEC ad angulum DBC est duplus. Quia igitur partes anguli ∠AEC ad partes anguli ABC sunt duplæ: ideo etiam totus AEC ad totum ABC est duplus: ac proinde angulus ABC ad angulum AEC, & per consequens etiam ad arcum ∠ADC tanquam ad mensuram anguli ∠AEC est subduplus. Idem judicium est de cæteris. Si ergo Triangulum planum circulo sit inscriptum, anguli ad circumferentias oppositas sunt subdupli: quod demonstrandum erat.

Hinc

I. Si latus Trianguli plani circulo inscripti sit diameter, angulus illi oppositus est rectus: *hoc est, 90. graduum: quippe oppositus semicirculo, qui est 180. graduum.*

II. Si plura Triangula plana eidem circuli segmento ad eandem basin inscribantur, sunt in fastigiis æquiangula. *Vt Trian-*

Triangula duo ABD & ACD inscripta eidem circuli segmento ABCD ad eandem basin AD, sunt in fastigiis B & C æquiangula. Vtrique enim angulo, nempe, tàm angulo ACD, quàm angulo ABD, opponitur eadem circumferentia AD.



LIV. Si duo Triangula plana eidem circuli segmento ad eandem basin inscripta, supernè connectantur: sic vt inde existat figura quadrilatera, diagoniis intersecta: Rectangulum diagoniorum est æquale rectangulis oppositorum laterum simul sumtis. *Ptolomæus, Copernicus.*

DECLARATIO. Sint duo triangula ABD & ACD eidem circuli segmento ABCD super eandem basin AD inscripta, & supernè per rectam BC connexa: ut existat inde figura quadrilatera ABCD. Dico rectangulum diagoniorum AC & BD æquale esse rectangulis oppositorum laterum AB & CD. Item BC & AD simul sumtis.

DEMONSTRATIO. Si enim ad punctum B constituas angulum ABE æqualem angulo DBC: & ita diagonium AC per rectam BE seces in duas partes ad punctum E: manifestum fiet, rectangula BD & EC. Item BD & AE esse æqualia rectangulis BC & AD. Item CD & AB. Nam, si quatuor rectæ sint proportionales, rectangulum mediarum æquatur rectangulo extremarum, per 42. hujus.



Atqui quatuor rectæ BD, DA, BC & CE sunt proportionales. Nam, quia Triangula ABD & BCE, sunt æquiangula propter æquales BCA & BDA per c. 2. præcedentis. Item propter æquales ABD & EBC (qui sunt æquales propter eundem EBD additum ad æquales ABE & DBC) & deniq; propter æquales BEC & BAD per c. 4. 49. hujus. Ideo latera eorum sunt, Vt, BD ad DA, ita BC ad CE. Similiter quatuor rectæ BD, DC, BA, & AE sunt proportionales.

Nam, quia Triangula BDC & BAE sunt æquiangula, propter æquales BDC & BAE, per c. 2. præcedentis: Item propter æquales DBC & ABE ex thesi: & denique propter æquales BCD & BEA per c. 4 p. 49 hujus. Ideo latera eorum sunt, Vt BD ad DA, ita BA ad AE.

Ergo rectangulum rectarum DA & BC æquatur rectangulo rectarum BD & CE. Similiterque rectangulum rectarum DC & BA æquatur rectangulo rectarum BD & AE. Et contra, Rectangula BD & CE, Item BD & AE æquatur rectangulis DA & BC, item DC & BA.

Atqui, rectangula BD & CE: Item BD & AE sunt rectangulum BD & AC per 41. hujus.

Ergo Rectangulum diagoniorum BD & AC est æquale rectangulis laterum binorum oppositorum DA & BC: Item DC & BA simul sumtis: quod demonstrandum erat.

Consectarium.

Igitur in figura quadrilatera, circulo inscripta, & diagoniis inter-

interſecta, atq; adeo ſex lineis rectis conſtante: datis quinque quibuſcunque, datur ſexta.

Exempla illuſtriſſima habebis libro ſecundo, prop. 32, 33, 35. & 36.

Hactenus de Triangulis planis: ſequitur de ſphæricis.

LV. Trianguli ſphærici latera ſunt arcus circulorum maximorum ſigillatim ſemicirculo minores.

LVI. Circulus ſphæræ maximus eſt, qui totam ſphæram in duo hemiſphæria dividit: adeoque à polis ſuis vndiq; per quadrantem circuli itidem maximi diſtat.

LVII. Si maximus ſphæræ circulus per maximi polos tranſeat, rectè eum ſecat; & contra.



Sit maximus ſphæræ circulus ◡ AEC, eiusq; poli B & D, per quos polos B & D tranſeat alius circulus maximus BED. Dico, quod maximus BED maximum ◡ AEC rectè ſecet ad E & F. Polo enim E vel F deſcribatur circulus itidem maximus ABCD: manifeſtum eſt hujus arcus ◡ AB, BC, CD, DA, fore menſuras angulorum ad E & F, per 6. hujus. Atqui arcus ◡ AB, BC, CD, DA, ſunt quadrantes, per proximè præcedentem. Ergo anguli ad E & F ſunt recti, per 15. hujus. Quod demonſtrandum erat.

LVIII. Menſura anguli ſphærici, ſi in circulo maximo accipiatur, eſt arcus circuli maximi ex angulari puncto deſcri-

deſcripti, inter crura quadrante tenus continuata interceptus: *per 7. & 56. hujus. Vt, anguli ſphærici BAC menſura non eſt arcus BC, ſed arcus EF inter crura AB & AC quadrantetenus, nempe vſque ad E & F continuata interceptus. Quia non arcus BC, ſed arcus EF eſt ex angulari puncto A deſcriptus, per 56. hujus. Ergo arcus BC anguli BAC menſura eſſe non poteſt, per 7. hujus.*



LIX. Si anguli ſphærici crura continuata concurrant, ſemicirculos efficiunt, & comprehendunt angulum angulo prædicto & oppoſito æqualem: *Vt, Anguli BAC crura AB & AC continuata in D efficiunt ſemicirculos ABD & ACD, & comprehendunt angulum BDC angulo BAC æqualem: quia idem arcus GH utrumq; illum angulum metitur, per proximè præcedentem.*



LX. Triangulum ſphæricum quodlibet ex quovis angulari puncto, habet oppoſitum ſibi Triangulum aliud, cujus baſis

baſis eſt eadem, & angulus baſi oppoſitus: reliquæ partes ſunt partium prioris Trianguli complementa. *Vt, Triangulum BAC ex puncto angulari ◡A, habet oppoſitum ſibi Triangulum BDC, cuius eadem eſt baſis BC, & angulus baſi oppoſitus BDC per proximè antecedentem. Latera vero BD & CD ſunt laterum ◡AB & ◡AC complementa ad ſemicirculum per eandem. ◡Anguli denique DBC & DCB ſunt angulorum ◡ABC & BCA ad duos rectos complementa, per 21. hujus*

LXI. Trianguli ſphærici latera in angulos, & contra, permutari poſſunt: complementis ad ſemicirculum pro latere & angulo maximo hinc inde ſumtis. *Sit Triangulum ſphæricum ABC obtuſangulum ad B. Anguli ◡A menſura ſit DE. ◡Anguli B acuti (qui complementum eſt B obtuſi, & in dato Triangulo maximi) menſura ſit FG. ◡Anguli C menſura ſit HI. ◡Arcui DE æquatur KL: quia KD & LE ſunt quadrantes, & commune eorum complementum eſt LD. Arcui FG æquatur LM: quia LG & FM ſunt quadrantes, & commune eorum complementum eſt LF. Arcui HI æquatur KM: quia KI & ◡MH ſunt quadrantes, & commune eorum complementum eſt KH. Ergo angulis Trianguli ABC æquantur latera Trianguli KLM: pro angulo maximo ABC: eius complemento FBG aſſumto. Pari ratione*



demonſtrari poteſt, Trianguli ◡ABC latera eſſe æqualia angulis Trianguli KLM. Latus enim AC æquatur arcui DI menſuræ anguli DKI cõplementi obtuſi MKL. Latus AB æquatur arcui OP menſuræ anguli MLK. Latus denique BC æquatur arcui FH menſuræ anguli LMK.

Sunt enim quadrantes ◡AD & CI, ◡AP & OB, BF & CH. Et communia binorum complementa CD, ◡AO, CF. Trianguli igitur ſphærici latera in angulos, &c. permutari poſſunt, quod demonſtrandum erat.

LXII. Triangulum ſphæricum rectangulum aut unum habet rectum, aut plures uno.

LXIII. Unum rectum, vel cum duobus acutis, Ut, BAC: vel cum duobus obtuſis, Ut, BDC: vel cum obtuſo & acuto, Ut CDE.



◡Angulos enim ad ◡A & D nunc fingimus eſſe rectos.

LXIV. Triangulum ſphæricum rectangulum cum duobus acutis habet ex angulo recto oppoſitum ſibi Triangulum rectangulum cum duobus obtuſis: & contra: *Vt videre eſt in Triangulis rectangulis BAC & BDC.*

LXV. Trianguli ſphærici rectanguli cum duobus acutis latera ſingula ſunt quadrantibus minora, *Vt in ◡ABC.*

LXVI. Trianguli ſphærici rectanguli cum duobus obtuſis latera duo ſunt quadrantibus majora: tertium quadrante minus, *Vt in BDC.*

LXVII. Triangulo ſphærico rectangulo cum acuto & obtuſo opponitur ex acuto Triangulum rectangulum cum duobus acutis, *Vt Triangulo rectangulo CDE, cum acuto ECD, & obtuſo*

obtuso CED, opponitur Triangulum rectangulum EDF, cum duobus acutis ad E & F.

LXVIII. Trianguli sphærici plures rectos habentis, latera rectos subtendentia, sunt quadrantes. *Causa est: quia v. g. in Triangulo ◡AGH, si circuli maximi ◡AG & ◡AH, secent maximum GH, angulis ad G & H rectis, ◡A est polus maximi GH, per 57. hujus. ◡AG vero & ◡AH sunt quadrantes, per 56. hujus. Quod si ergo angulus ad ◡A etiam sit rectus, etiam GH, est quadrans, per 58. & 15. hujus.*

LXIX. Triangulum sphæricum plures rectos habens habet tres vel duos rectos: adeoque de lateribus, tres vel duos quadrantes. *Vt si angulum ad ◡A ponas rectum, Triangulum sphæricum AGH, habebit tres rectos angulos ad A, G & H. & idcirco etiam tria latera, AG, GH, AH quadrantes. Sin eundem ad A ponas acutum, Triangulum sphæricum AGH, habebit duos rectos, ad G & H, & idcirco etiam duo latera AG & AH, quadrantes.*

LXX. Si trianguli sphærici duos rectos habentis tertius angulus sit acutus, tertium latus est quadrante minus: sin obtusus, majus. *Vt in Triangulo sphærico HGI, acutangulo ad G, tertium latus HI, est quadrante minus. In Triangulo sphærico AGI, obtusangulo ad G, tertium latus AI, est quadrante majus.*



LXXI. Triangulum sphæricum obliquangulum aut constat ex puris acutis vel obtusis: aut ex his utrisq; mixtis.

LXXII. Triangulo ſphærico purè acutangulo opponitur Triangulum ſphæricum cum duobus obtuſis & vno acuto: & contra. *Vt, ſi anguli ad A & D fingantur acuti, Triangulo ABC purè acutangulo opponitur Triangulum BDC cum duobus obtuſis ad B & C, & uno acuto ad D.*

LXXIII. Triangulo ſphærico purè obtuſangulo opponitur Triangulum ſphæricum cum duobus acutis & uno obtuſo: & contra. *Vt, ſi anguli ad ◡A & D fingantur obtuſi, Triangulo purè obtuſangulo BDC opponitur Triangulum ◡ABC cum duobus acutis ad B & C, & non obtuſo ad ◡A.*

LXXIV. Trianguli ſphærici cuiuſcunq; tres anguli ſunt duobus rectis maiores.

De Triangulis ſphæricis plures uno rectos vel obtuſos, ſive ſolos ſive mixtos, habentibus, res per ſe eſt manifeſta.

De Triangulis ſphæricis duorum vel trium acutorum, ita demonſtrari poteſt.

In Triangulo ſphærico duorum acutorum ◡ABC rectangulo ad C, acutangulo ad A & B, menſura acuti BAC eſt arcus EF: menſura verò acuti ABC vel DBE non eſt arcus DE ſed HI per 58. hujus. Atqui arcus EF & DE quadrantẽ complent. Ergo arcus EF & HI. coniunctim quadrante ſunt maiores. Et per conſequens etiã anguli his arcubus reſpondentes, nempe, anguli BAC & ABC. coniunctim quadrante, hoc eſt, angulo recto ſunt maiores.



◡ACB verò eſt rectus, ex theſi. Ergo in Triangulo ſphærico duorum acutorum ◡ACB tres ſunt anguli duobus rectis maiores.

In Triangulo sphar. mere acutangulo KLM mensura acuti ad L est arcus NO: mensura acuti ad K est arcus VX, mensura acuti ad M est arcus QR. Atqui hi tres arcus, NO, VX, & QR. simul sumti duobus quadrantibus sunt maiores. Duorum enim arcuum QR & VX complementa PV & PQ simul sumta sunt minora, quàm arcus NO per structuram. Ergo arcus NO mensura tertii anguli est maior quam complementa reliquorum duorum angulorum simul sumta. Et per consequens etiam angulus tertius est maior, quàm pro reliquorum duorum complementis.



Adeoque etiam in Triangulis sphaericis mere acutangulis, tres sunt duobus rectis maiores. Subtiliorem demonstrationem vide apud Regiomon. 40. p. 3.

BARTHOLOMÆI
Pitisci Grunbergensis

TRIGONOMETRIÆ
LIBER SECVNDVS.

De necessariis ad dimensionem Triangulorum, tabulis Sinuum, Tangentium & Secantium.

I. Triangula sic sunt. Dimensio Triangulorum est ignotorum in Triangulis sive laterum, sive angulorum, ex notis tribus, sive lateribus, sive angulis, sive puris, sive mixtis, inventio. *Dicitur etiam solutio Triangulorum : item calculus Triangulorum.*

(Sunt in Triangulis præter angulos & latera, etiam areæ. Sed illarum dimensio neq; Triangulorum est propria. Nam & aliarum quarumcunq; figurarum areas metimur. Neq; primò Triangulis inest: sed à quadrangulis ad Triangula derivatur. Ideo huc non pertinet.)

II. Dimensio Triangulorum perficitur per auream Arithmeticæ regulam: quæ docet de quatuor numeris inter sese proportionalibus, datis tribus quibuscunque reperire quartum.

III. Ergo ad dimensionem Triangulorum & proportiones omnium Trianguli partium inter sese certas, & easdem numero explicatas esse oportet.

IV. Proportiones omnium Trianguli partium inter sese certæ esse non possunt: nisi, quicquid est in Triangulis curvilineum: (ut sunt in universis, mensuræ angulorum, & in sphæricis etiam latera) ad lineas rectas reducatur. Nam curvi neq; ad curvum, neq; ad rectum inventa est huc usq; proportio: neq; fortassis invenietur unquam.

V. Cur-

V. Curvæ lineæ ad rectas reducuntur per definitionem quantitatis, quam habeant rectæ ad circulum applicatæ, respectu radii.

VI. Rectæ ad circulum applicatæ sunt subtensæ, Sinus, Tangentes & Secantes.

VII. Subtensa est recta in circulum inscripta, totum circulum in duo segmenta dividens, & utrumq; segmentum pariter subtendens.

VIII. Subtensa est maxima, vel non maxima.

IX. Subtensa maxima est, quæ totum circulum in duo segmenta æqualia dividit: atq; adeo utrinque semicirculum subtendit. *Vt recta GC, vulgò diameter dicitur.*



X. Subtensa non maxima est, quæ totum circulum in duo segmenta inæqualia dividit: atq; adeo ab una parte arcum semicirculo minorem, ab altera arcum semicirculo majorem subtendit: *Vt recta IB, quæ ab una parte subtendit arcum semicirculo minorem IFB, ab altera parte subtendit arcum semicirculo majorem IHB.*

XI. Si-

XI Sinus eſt rectus vel verſus.

XII. Sinus rectus eſt ſemiſſis ſubtenſæ dupli arcus. *Vt, ſinus rectus arcus BC vel BG, eſt recta BE ſemiſsis ſubtenſæ dupli arcus BC vel BG, hoc eſt, ſemiſſis rectæ BED, quæ arcum BCD vel BGD ſubtendit. Sic ſinus rectus arcus BF vel BH eſt recta BK. quippe ſemiſſis rectæ BKI, quæ duplum arcum BF vel BH, nempe arcum BFI vel BHI ſubtendit.*

Conſectaria.

1. Sinus ergo rectus arcus quadrante minoris & maioris uſque ad ſemicirculum eſt idem. *Vt ſinus rectus arcus BC & BG eſt eadem recta BE: quippe ſemiſſis rectæ BED, quæ tam arcum BGD, quàm arcum BCD ſubtendit.*

2. Ac proinde ſinus rectus complementi quandocunque dicitur, intelligitur tantum ſinus complementi arcus quadrante minoris. *Vt, ſinus rectus complementi BC, nempe arcus BF eſt recta BK.*

3. Sinus rectus omnis eſt in diametrum ex altero arcus termino ductam perpendicularis. *Quia enim in Triangulo ABD laterum æqualium AB & AD, ſemidiameter AC à concurſu laterum æqualium ducta, biſecat baſin BD ad E per definitionem ſinus recti: ideo eſt in eam perpendicularis: & hæc viciſſim in illam, per 23. p. 1.*

4. Sinus rectus complementi eſt æqualis ſegmento diametri ſive radii inter ſinum rectum arcus & centrum intercepti. *Vt, ſinus rectus complementi BF, nempe recta BK eſt æqualis rectæ EA, per c. 39. p. 1.*

XIII. Sinus verſus eſt ſegmentum diametri inter ſinum rectum & circumferentiam interceptum. *Vt, ſinus verſus arcus BC eſt ſegmentum diametri EC: ſinus verſus arcus BG eſt ſegmentum diametri GE.*

XIV. Ergo ſinus verſus, alius eſt maior, alius minor.

XV. Si-

XV. Sinus verſus maior, eſt ſinus verſus arcus quadrante maioris; *Vt, GE eſt ſinus verſus arcus quadrante maioris GFB.*

XVI. Sinus verſus minor eſt ſinus verſus arcus quadrante minoris: *Vt, EC eſt ſinus verſus arcus quadrante minoris BC.*

XVII. Tangens eſt recta à ſecante per alterum arcus terminum ducta in extremitatem diametri ad alterum arcus terminum perpendicularis: *Vt arcus BC tangens eſt recta LC.*

XVIII. Secans eſt recta per alterum arcus terminum uſq; ad ſummitatem tangentis ducta. *Vt arcus BC ſecans eſt recta AL.*

XIX. Definitio quantitatis, quam habeant rectæ ad circulum applicatæ, eſt conſtructio tabularum Sinuum, Tangentium & Secantium. *Sinuum videlicet rectorum: non etiam verſorum. Nam ſinus verſi ex ſinibus rectis nullo negocio eliciuntur.* Sinus enim verſus minor cum ſinu recto complementi eſt æqualis radio. *Vt ſinus verſus minor EC. cum ſinu recto complementi ◡AE eſt æqualis radio ◡AC. Ergo ſi ſubtrahas ſinum rectum complementi ◡AE de radio ◡AC, reſtat ſinus verſus EC.* Sinus autem verſus maior eſt æqualis radio cum ſinu recto exceſſus coniuncto. *Vt ſinus verſus maior GE eſt æqualis radio GA cum ſinu exceſſus ◡AE coniuncto. Ergo ſi ad radium GA addas ſinum rectum exceſſus AE, habebis ſinum verſum arcus GFB. Itaq; tabulis ſinuum verſorum non eſt opus. Pro ſubtenſis verò ſinus recti uſurpari poſſunt. Nam ſinus recti ſunt ſemiſſes ſubtenſarum. Ergo ſi ſinum maximum habeas pro ſubtenſa maxima: etiam ſinus non maximi pro ſubtenſis non maximis haberi poterunt. Nam quæ eſt ratio totius ad totum: eadem eſt ratio dimidii ad dimidium, v.g. Quæ eſt ratio 10. ad 6. eadem eſt ratio 5. ad 3.*

XX. Tabulas Sinuum, Tangentium & Secantium vulgo canonem Triangulorum vocant. Rheticus vocat canonem doctrinæ Triangulorum. Vieta vocat canonem Mathematicum.

XXI. Tabulæ Sinuum, Tangentium & Secantium, non ulterius extenduntur, quàm uſq; ad quadrantem. *Nam arcuum*

quadrante majorum sinus recti iidem sunt, qui minorum: per 12. hujus. Tangentes verò & secantes arcuum quadrante majorum nullæ esse possunt, per 17. & 18. hujus.

XXII. Tabulæ Sinuum, Tangentium & Secantium, vulgo construuntur ad singula scrupula prima. Rheticus construxit ad decades scrupulorum secundorum. *Nos cætera quidē scrupulis primis contenti fuimus: sub initium verò & finē quadrantis, etiam scrupula secunda, vel dena, vel bina, vel singula adhibuimus: prout necessitas exegit.*

XXIII. Ad constructionem Tabularum Sinuum, Tangentium & Secantium, ante omnia radius certarum partium est assumendus.

XXIV. Quarumcunque partium radius assumatur, Sinus, Tangentes & Secantes ad eum ferè omnes sunt irrationales, hoc est, numero partium integrarum vel etiam fractionum præcise verarum inexplicabiles, per 51. p. 1. Itaque Tabulæ Sinuum, Tangentium & Secantium exactæ nullo modo dari possunt. Tales autem dari & possunt & debent, in quibus nullus numerus absit à verò per integram earum partium, quarum radius est assumtus. *Vt, si radius sit assumtus partium 10000000, nullus earum tabularum numerus debet abesse à vero per unam particularum 10000000.*

XXV. Hanc accurationem ut assequaris, vel fractiones in supputandis tabulis non negligas: vel radium multò quàm pro tabularum hypothesi majorem ad constructionem tabularum assumas oportet.

XXVI. Atqui fractiones simul cum integris ad calculum adhibere valdè tædiosum est. Adde quod ferè nullæ fractiones hic sunt exquisitè veræ. Ergo radius ad constructionem tabularum tantus assumatur, quantus si assumatur, error in tot à sinistra numeris, quot in tabulis collocatos volumus, inesse nullus possit: numeri verò à dextra versus sinistram erro-

nei

nei poſt ſupputationem finitam abſcindantur. *Sic Regiomontanus cum vellet ſupputare tabulas Sinuum ad partes radii 6000000. aſſumſit radium particularum 60000000000. & finitâ ſupputatione de ſingulis ſinibus ita repertis à dextra ſiniſtrorſum abſcidit notas quatuor. Sic Rheticus cum vellet tabulas ſinuum ſupputare ad partes radii 10000000000. aſſumſit radium particularum 1000000000000000. & finitâ ſupputatione de ſingulis ſinibus à dextra ſiniſtrorſum abſcidit notas quinq;. Nos ad principia Canonis exquirendum aſſumſimus radium particularum 100000 00000 00000 00000 00000. In ipſo vero Canone radium poſuimus pro neceſſitate varium: ſicut infra ſuo loco dicetur.*

XXVII. Aſſumto radio partium quarumcunq; principiò ſinus rectos omnium arcuum quadrante minorum iiſdem in partibus inquires: tum ex ſinibus illis rectis, Tangentes & Secantes deduces.

XXVIII. Sinus recti quoad conſtructionem tabularum, ſunt primarii vel ſecundarii. Sinus primarii dicuntur, à quibus reliqui deducuntur.

XXIX. Sinum primarium nunc ſtatuo unicum, nempe Sinum totum, ſive radium: qui eſt æqualis lateri ſexanguli circulo inſcripti, hoc eſt, ſubtenſæ ſexaginta graduum. *Quod ſic demonſtratur. Sit latus ſexanguli circulo inſcripti BC. Quia igitur BC arcus, eſt ſexaginta partiũ, ex theſi: ideo etiam angulus BAC, eſt ſexaginta partium per ſextam primi. Ac proinde anguli ABC, & ACB, ſimul ſumti ſunt 120. partiũ, per 49. primi. Atqui anguli ABC & ACB, ſunt æquales, per 5. primi. Nam latera AB & AC, ipſis oppoſita ſunt æqualia: quippe duo*



radii. Ergo unusquisque eorum angulorum est 60. partium. Atqui tot partium erat etiam angulus BAC. Ergo Triangulum ABC, est æqualium angulorum, Igitur & æqualium laterum, per 5. p. 1. Atqui latera AB & AC, sunt radii: per structuram. Igitur etiam latus BC est radius. Sinus ergo totus sive radius est æqualis lateri sexanguli circulo inscripti: quod demonstrandum erat.

XXX. Ex sinu toto deduco reliquos sinus omnes, per sequentia nouem problemata.

PROBLEMA PRIMVM. Dato sinu recto arcus quadrante minoris, sinum complementi reperire.

REGVLA. Quadratum sinus dati subtrahe à quadrato radii: radix residui est sinus complementi.

RATIO REGVLÆ. *Nam sinus arcus cum sinu recto complementi & radio constituit Triangulum in concursu duorum sinuum rectangulum. Vt sinus rectus BD cum sinu complementi AD & radio AB, constituit Triangulum BDA rectangulum ad D, per 3. consect. 12. hujus. Ergo latera includentia rectum BD & DA, æquè possunt hypotenusæ AB, per 50. p. 1. Subtracto igitur quadrato BD, de quadrato AB, relinquitur quadratum AD, cujus radix AD vel EB, est sinus complementi FB.*



EXEMPLVM. *Sit radius AB. 10000000. Sinus BD 5000000, nempe sinus arcus XXX. graduum. Quadratum radii AB. est 100000000000000. Quadratum sinus BD est 25000000000000. Hoc si subtrahas de quadrato 100000000000000. restabit quadratum 75000000000000. Cujus radix 8660254. erit sinus AD vel EB, competens arcui FB, 60. graduum.*

Eodem modo,

Data subtensa arcus semicirculo minoris, subtensam complementi ad semicirculum invenire licet.

Nam,

Nam, vt ſinus arcus cum ſinu complementi & radio cōſtituit triangulum rectangulum, per 3. conſ. 12. hujus. Ita ſubtenſa arcus cum ſubtenſa complementi ad ſemicirculum & diametro, conſtituit triangulum rectangulum, per 1. conſect. 53. primi. Ergo ſi quadratum ſubtenſæ datæ auferas à quadrato diametri, reſiduum erit quadratum ſubtenſæ complementi.



Vt, in propoſito diagrammate, ſi quadratum ſubtenſæ DE auferas à quadrato diametri DF. reſiduum erit quadratum ſubtenſæ EF.

XXXI. PROBLEMA SECVNDVM. Dato ſinu recto arcus, unà cum ſinu complementi, ſinum arcus dupli reperire.

REGVLA. Sinum rectum arcus multiplica per ſinum complementi: productum divide per radium: & habebis dimidium ſinum arcus dupli.

RATIO REGVLÆ. *Nam, ut radius AB ad ſinum dati arcus BD, nempe ad rectam BC: cui æquatur DE: ita ſinus complementi AE ad rectam EI, ſive HG. cuius duplum FG eſt ſinus arcus FD. Nam in triangulo FGD recta HE parallela baſi GD. ſecat crura FG & FD proportionaliter, per 45. p. 1. Atqui biſecat crus FD in E. Ergo biſecat etiam crus FG in H.*



EXEMPLVM. *Sit datus ſinus arcus BD. 35. gr. recta ED vel BC*

E 3 5735764.

5735764 unà cum ſinu complementi ◡AC vel ◡AE. 8191520. Quæratur autem ſinus arcus dupli, nempe ſinus FG. Dico: ut ◡AB 10000000. ad BC. 5735764. ita ◡AE. 8191520. ad EI. ſive HG. 4698462. cuius duplum FG. 9396924. eſt ſinus arcus dupli FD. 70. gr.

Eodem modo,

Si per ſubtenſas agere libeat, erit: ut CB. diameter ad BE ſubtenſã arcus ſimpli BE. ita CE ſubtenſa complementi CAE, ad ES. dimidiam ſubtenſam dupli arcus EBK. *Quia triãgula ECB & ECS. ſunt æquiangula: propter cõmunem ad C. & æquales CEB & CSE. qui utriq; ſunt recti, ille quidẽ per 53. p. 1. hic verò per ſtructuram & per 23. p. 1.*



Vel facilius ſic:

Vt DE radius ad EC ſubtenſam complementi, ita EA ſubtenſa data ad AB ſubtenſam dupli arcus. *Valet conſequentia: quia triangula obtuſangula CDE & EAB ſunt æquiangula, propter æquales ECB & EAB: itemq; CEH & EBA: qui ſunt æquales propter menſuras eorum EB, ◡AE, & CH æquales; per theſin.*

EXEMPLVM *hujus poſtremi modi. Sit data ſubtenſa EB. 50. gr. 8452366. unà cum ſubtenſa complementi CE. 18126156. quæratur autẽ ſubtenſa arcus dupli AB. Dico:*

Vt DE. 10000000 *ad* EC. 18126156.
ita EB. 8452366 *ad* AB. 15320890.

XXXII. PROBLEMA TERTIVM. Data ſubtenſa arcus ſemicirculo minoris, unà cum ſubtenſa dupli arcus, ſubtenſam tripli arcus invenire.

REGVLA.

REGVLA. Quadratum ſubtenſæ ſimpli arcus aufer à quadrato ſubtenſæ dupli arcus: reſiduum divide per ſubtenſam ſimpli arcus: Quotus erit ſubtenſa tripli arcus.

RATIO REGVLÆ.



Nam ſubtenſæ, ſimpli, dupli, & tripli arcus, ſi legitimè cōjungantur, conſtituunt figuram quadrilateram circulo inſcriptam & diagoniis interſectam: ut ex adjuncto diagrammate vides. In quo ſubtenſa ſimpli arcus eſt AB, vel BC, vel CD. ſubtenſa dupli arcus eſt AC vel BD. ſubtenſa tripli arcus eſt AD. Atqui in tali figura rectangulum factum à diagoniis æquatur duobus rectangulis laterum ſibi invicem oppoſitorum, per 54.p.1. Ergo, ſi rectangulum factum à lateribus AB & CD; hoc eſt, quadratum ſimpli arcus AB: ſubtraham à rectangulo diagoniorum; hoc eſt, à quadrato dupli arcus AC: reſtabit rectangulum laterum BC & AD. quod diviſum per latus BC exhibebit latus AD. per 40.p.1. Quod demonſtrandum erat.

EXEMPLVM. *Sit data ſubtenſa AB vel BC 10. gr. 1743115. unà cum ſubtenſa AC. 20. gr. 3472964. Quæratur autem ſubtenſa AD. 30. gr.*

Quadratum ſubtenſæ AC. eſt — — — — —	12061478945296
Quadratum ſubtenſæ AB. eſt — — — — —	3038449903225
Subtractione facta reſtat rectangulum factum ex BC & AD — — —	9023029042071
Quod diviſum per ſubtenſam BC — — — —	1743115
Exhibet ſubtenſam AD — — — — — —	5176381

Vel

Vel facilius, & ſine data ſubtenſa dupli arcus, ſic:

Quadratum ſubtenſæ datæ radio diviſum, ſubtrahe à radio: reſiduum per ſubtenſam datam multiplicatum radioq; diviſum bis adde ad ſubtenſam datam, & habebis ſubtenſam tripli arcus.

RATIO *præcepti patet ex adiuncto ſchemate. In quo primum triangula AGB & BAK ſunt æquiangula, propter communem ABK vel ABG, & æquales AGB & BAK. qui ſunt æquales per 51. p. 1. quia nimirum arcus BCD, qui angulum BAK vel BAD in circumferentia conſiſtentem obit, eſt duplus ad arcum AB. qui angulum AGK in centro conſiſtentem obit. Ergo, ut AG ad AB. ita AB ad BK. quo ſubtracto de BG reſtat KG. Deinde triangula GBC & GKL ſunt etiam æquiangula propter baſes BC & KL parallelas, per 36. p. 1. Ergo, ut GB ad BC, ita GK ad KL. Deniq; triangulum BAK eſt ad baſin æquiangulum: quippe triangulo AGB ad baſin AB æquiangulo ſimile: ut nuper demonſtratum fuit.*



Quia igitur triangulum BAK eſt ad baſin æquiangulum, ideo eſt æquicrurum, per 26. p. 1. ac per conſequens, crura AB & AK ſunt æqualia. Atqui ſegmenta AK & LD etiam ſunt æqualia: per ſtructuram. Ergo, ſi AK & LD addam ad KL, perinde eſt ac ſi rectam AB bis ad rectam KL addiderim.

EXEMPLVM. *Sit data eadem ſubtenſa AB quæ ante: nempe ſubtenſa 10. gr. 1743115. quæratur autem ſubtenſa tripli arcus AD.*

Qua-

Quadratum ſubtenſæ datæ AB eſt — — — —	303844	9903225
Ergo recta BK eſt — — — — — — —	303845	
Quæ ſubtracta de radio BG — — — —	10000000	
Relinquit rectam KG — — — — —	9696155	
Quæ multiplicata per datam AB — — — —	1743115	
Producit rectangulum — — — — —	1690151	3222825
Quod radio diviſum exhibet rectam KL — — —	1690151	
Ad quam bis addita recta AB — — — —	1743115	
	1743115	
Efficit rectam AD — — — - - — —	5176381	

XXXIII. PROBLEMA QVARTVM. Data ſubtenſa arcus ſemicirculo minoris, unà cum ſubtenſa dupli & tripli arcus, ſubtenſam quintupli arcus invenire.

REGVLA. Quadratum ſubtenſæ dupli arcus aufer à quadrato ſubtenſæ tripli arcus: reſiduum per ſubtenſam datam diviſum erit ſubtenſa quintupli arcus.

RATIO *eſt eadem quæ fuit in prima ſolutione tertii problematis: quia nimirum ſubtenſæ dupli, tripli, & quintupli arcus, legitimè inter ſe conjunctæ efficiunt figuram quadrilateram duabus diagoniis interſectam, atq. adeo ad 54.p.1. accommodatam, &c.*

EXEMPLVM. *Sit data ſubtenſa duorum graduum CD. 349048. & quæratur ſubtenſa 10. graduum. AF. Primũ inveſtigentur ſubtenſa dupli arcus. h. e. ſubtenſa arcus AC. 4. graduũ: per problema ſecundum; & ſubtenſa tripli arcus, h. e. ſubtenſa arcus AD. 6. graduum: per problema tertium.*



Subtenſa AC. erit — 697990. *ferè*
Subtenſa AD. erit — 1046719.
Deinde quadrentur illæ ſubtenſæ: & fient,

Quadratum ſubtenſæ tripli arcus AD. — — —	1095620664961
Quadratum ſubtenſæ dupli arcus AC. — — —	487190040100
Quo ſubtracto de quadrato AD. relinquitur rectangulum ex AD & CD. — — —	608430624861
Quod diviſum per latus CD. — — — —	349048
Exhibet latus AF. — — — — — —	1743114

NOTA. *Eodem artificio ſeptupli, nonecupli, undecupli &c. arcus ſubtenſas invenire poſſis, ſi ſit opus. Nam quadratum ſubtenſæ arcus tripli ſubtractum à quadrato ſubtenſæ arcus quadrupli relinquit numerum, qui diviſus per ſubtenſam arcus ſimpli exhibet ſubtenſam arcus ſeptupli. Sic, quadratum ſubtenſæ arcus quadrupli ſubtractum à quadrato ſubtenſæ arcus quintupli, relinquit numerum, qui diviſus per ſubtenſam arcus ſimpli exhibet in Quoto ſubtenſam arcus nonecupli: & ita deinceps in infinitum.*

XXXIV. PROBLEMA QVINTVM. Dato ſinu arcus, unà cum ſinu complementi, ſinum arcus dimidii reperire.

REGVLA. Quadratum ſinus recti arcus dati conjunge cum quadrato ſinus verſi ejuſdem arcus (*quem ſinum verſum reperies ſubtracto ſinu complementi à radio.*) Radix ſummæ iſtorum duorum quadratorum erit ſubtenſa arcus dati: cujus ſemiſſis erit ſinus arcus dimidii.

RATIO REGVLÆ. *Nam ſinus rectus & verſus æquè poſſunt ſui arcus ſubtenſæ. Vt, in adjuncto ſchemate, BD ſinus rectus arcus BC; & DC ſinus verſus ejuſdem arcus, æquè poſſunt ſubtenſæ illius arcus BC. per 50. p. 1. Cujus ſubtenſæ dimidium EC. eſt ſinus arcus dimidii FC.*



EXEMPLVM. *Sit arcus BC. XXX. graduum ſinus rectus BD.* 5000000. *ſinus verſus DC.*1339746.

Qua-

Quadratum sinus recti BD. erit	— — —	2500000000000
Quadratum sinus versi DC. erit	— — —	1794919344516
Summa horum duorum quadratorum erit.	— —	2679491934516

Radix inde extracta 5170380. erit subtensa arcus dati BC. XXX. graduum. Dimidium vero illius subtensæ, nempe recta EC. 2588190, erit sinus arcus dimidii FC. XV. graduum.

Aliter, per ſubtenſas.



REGVLA. Subtenſam complementi aufer à diametro. Reſiduum radio multiplicatum erit quadratũ ſubtẽſæ dimidii arcus *v. g. Dati arcus AB ſubtenſam complementi ſubtenſam complemẽti AC, cui æqualis ponitur CX, aufer à diametro CB. Reſiduũ XB multiplicatũ radio DB. æquale erit quadrato rectæ EB ſubtenſæ dimidii arcus EB.*

RATIO REGVLÆ. *Nã, ut DB ad EB: ita EB ad XB. Ergo DB, BE, & XB ſunt tres rectæ continuè proportionales. Et per conſequens, oblongum extremarum DB & XB, æquatur quadrato mediæ BE, per 43. p. 1. Ideo autem eſt, ut DB ad BE, ita BE ad XB: quia triangula DEB & XEB ſunt æquiangula: propter communem DBE, & æquales EXB & DEB. Qui ſunt inter ſe æquales: quia uni tertio, nempe angulo communi DBE ſunt æquales. Idq; ideo, quia triangula DEB & XEB ſunt æquicrura: ergo ad baſes æquiangula, per 26. p. 1. Triangulum DEB eſt æquicrurum: quia utrumque crus DE & DB, eſt radius. Triangulum XEB, eſt æquicrurum. Quia recta XE æquatur rectæ AE:*

ergo etiam rectæ EB. Nam rectæ AE & EB. ſunt æquales, per ſtructuram. Recta autem XE æquatur rectæ AE: quia vtræq; æqualibus angulis ACE & ECX ſubtenduntur in terminis crurum æqualium. Recta enim CX eſt æqualis rectæ CA per theſin: recta vero CE eſt utriq; triangulo, nempe triangulo ACE, & triangulo ECX communis. Quia igitur trianguli DEB. & XEB ſunt æquiangula; ideo eſt, ut DB ad BE, ita BE ad BX. Quod demonſtrandum erat.

EXEMPLVM. *Sit data ſubtenſa arcus AB, 60.gr.* — — 10000000
unà cum ſubtenſa complementi AC — — — — — 17320508
De diametro CB — — — — — — — — — 20000000
Subtrahe ſubtenſam complementi AC vel CX — — — 17320508
Reſtabit XB — — — — — — — — — 02679492

Quod multiplicatum radio DB. hoc eſt, auctum cyphris ſeptem; hoc modo:

$\dot{0}2\dot{6}7\dot{9}4\dot{9}2\dot{0}0\dot{0}0\dot{0}0$

Erit quadratum ſubtenſæ arcus dimidii EB. Cujus quadrati radix 05176381 eſt ipſa ſubtenſa EB.

Cæterum, ideo in his operationibus cyphræ etiam ab initio ſunt apponendæ, ſi calculus ita ferat, ut puncta radicis extrahendæ (ſive illa ſit quadrata, ut hîc, ſive cubica, ſive ſolida, ut erit in ſequentibus nonnullis exemplis) convenienter annotari poſſint. Numeri enim à dextra, ſi radius aſſumatur magnus, nō ſemper omnes aſſcribuntur. Quo in caſu incerta eſſet punctorum radicalium annotatio, ſi cyphræ ab initio non aſſcriptæ eſſent. Sed & alium uſum habet iſta cyphrarum ab initio aſſcriptio. Oſtendit enim, omnes iſtas ſubtenſas eſſe minores radio, & quaſi partes quaſdam radii: quæ partes vulgo ſic ſcriberentur. $\frac{5176381}{10000000}$. *Sed multò compendioſior & ad calculum accommodatior eſt iſta ſcriptio. 05176381. Omnino autem idem iſti numeri valent, ſicut hi duo numeri 09. &* $\frac{9}{10}$ *idem valent.*

Adhuc aliter, per ſubtenſas, & per Algebram: ex mente Iuſti Byrgii.

(Algebram qui neſcit, Algebraica tranſiliat, hic & per totum reliquum librum. Non enim neceſsitati, ſed tantum curioſitati hæc data ſunt.)

REGVLA.

REGVLA. Quadratum ſubtenſæ datæ divide per *4 q—1 6q.* Quotus erit quadratum ſubtenſæ arcus dimidii.

RATIO REGVLÆ. *Nam quadratum ſubtenſæ cujuſcunq; arcus æquatur quatuor quadratis, minus uno biquadrato ſubtenſæ arcus dimidii. Quod ſic demonſtratur.*

Sit data ſubtenſa arcus ACB. recta AB. Quæratur autem ſubtenſa arcus dimidii nempe recta AC vel CB. Diameter FC. ſit 2. ut radius fiat. 1. Sicut ponitur in tabulis Sinuum: etſi ibi multæ cyphræ 1. addantur: quod hic non eſt opus. Quæſita deinde ſubtenſa AC vel CB ponatur

tur Algebraicè unius radicis ſive lateris: atq; adeo CB ſit 1 l. Ergo quadratum CB. erit 1 q. Nam 1 l. per 1 l. multiplicatum dat. 1. q. Hoc quadratum ſi auferas à quadrato diametri 2. nempe à 4. reſtabit 4—1 q quod eſt quadratum rectæ FB. per 50. p. 1. quia videlicet triangulum FCB. eſt rectangulum ad B per 1. conſ. 53. p. 1. Ergo recta FB. eſt radix quadrati 4—1 q. Quæ radix ſic notetur l 4—1 q. vel ſic √ 4—1 ẑ: prout quiſque notare conſuevit. Ducatur etiam radius EB: ut fiat triangulum EFB. Iam, triangula EFB & ACB ſunt æquiangula: propter æquales

CFB & CAB: qui ſunt æquales propter menſuram eorum æqualem, ſive potius eandem, quæ menſura eſt arcus CB. Angulo autem CAB æqualis eſt angulus CBA; & angulo CFB vel EFB æqualis eſt angulus EBF; per ſtructuram. Ergo etiam tertius ACB tertio FEB. eſt æqualis: per 4. conſ. 49. p. 1. Quia igitur triangula EFB & ACB ſunt æquiangula, ideo eſt ut EF. 1. ad FB. l 4—1 q. ita AC. 1 l. ad AB. In quo calculo, ut terminũ ſecundum cum tertio multiplicare poßis, quia ſecundus terminus eſt ſurdus, etiam tertium terminum ſurdum effice, multiplicando 1 l. per ſeipſum, ut fiat 1 q: quo facto recta AC. erit l 1 q. Iam multiplica l 4—1 q. per l 1 q. hoc modo.

Multiplicandus	—	—	*l 4—1 q.*
Multiplicans	—	—	*l 1 q.*
Factus	—	—	*l 4 q—1 bq.*

Ergo ſubtenſa AB æquatur lateri quatuor quadratorum minus uno biquadrato aſſumptæ radicis AC. Et per conſequens, quadratum ſubtenſæ AB æquatur quatuor quadratis minus uno biquadrato aſſumtæ radicis ſive ſubtenſæ dimidii arcus AC vel CB. Atque adeo, ſi quadratum ſubtenſæ AB dividas per 4 q—1 bq. prodibit unum quadratum ſubtenſæ dimidii arcus AC vel CB. Quod demonſtrandum erat.

Cæterum, quomodo datæ cujuslibet ſubtenſæ quadratum dividi poſſit per 4q—1 bq. ſubjecto exemplo manifeſtum faciam.

EXEMPLVM. *Sit data ſubtenſa AB, LX. grad.* 10000000. *ejuſq; quadratum* 100000000000000. *Hoc quadratum dividendũ eſt per 4 q—1 bq. Quia igitur per 4 q—1 b q commode dividere non poſſum, addo utrinque, nempe & ad diviſorem & ad dividendum 1 bq (quæ additio in diviſore fit, abjecto ſigno minus cum ſuo numero) ut inter ſeſe æquentur 4q. &* 100000000000000. *+1 bq: tumque divido* 100000000000000 *+1 bq. per 4 q. vel, quod idem eſt, divido numerum* 100000000000000 *per 4. Sic ut inventi uniuſcujuſq; quoti particularis quadratum (quod revera eſt biquadratum: quia quotus eſt quadratum) cum ſuo complemento addam ad numerum dividen-*

dividendum, antè, quàm divisorem. 4. promoveam. Quæ additio, ut debitis locis fiat, puncta radicum quadratarum ante omnia ad numerũ dividendum adnotentur, & deinde procedatur eo modo, qui sequitur.

Quadratum subtensæ AB. 60. gr.

1ȯoȯoȯoȯoȯoȯoȯ
(*)(*)Dic.4in 1(o
4in10(2
B.4. Adde ad 100

Quadratum de 2. est 4. B.

Fit. 104. Dic. bis 4. sunt
8. Subtrahe

Quadratum de 6. est 36.
Complementum---24.
Summa 276. D.

Rest. 2400.
(4) Dic.4 in 24 (6
D 276 Adde

Complementum autem illud reperitur, multiplicando radicem 6. per duplum antecedentis radicis 2. hoc est, per 4. Nam quater 6. est 24.

2676
24 Subtrahe

27600. (7
(4)
3689 Adde

31289
28 Subtrahe

328900.
(4)
48141 Adde

(9:--Deinceps numeri subtrahendi non sunt asscripti, ut nec in vulgari divisione asscribi solent.

1704100 (4
(4)
214336 Adde

31843600. (9
(4)
4820001. A.

66660100 (1
(4)5358981. A.

3201908100 (9
(4)
482308461. A.

8421656100 (2

(4)

1071796764.A.

149345286400 (4

(4)

21435935376.A.

1078122177600 (3

(4)

160769515449.A.

3889169304900 (1

(4)535898384861.A.

42506768976100 (1

(4)5358983848621.A.

78657528247210 0 (2

(4)

1071796769724 44.A.

9375495944 4544 Sequeretur 2.

Geneſis biquadratorum particularium, unde ſenſim componitur biquadratum totum.

00(2

2

A. 4 (6

46

B. 276

676(7

527

C. 3689

71289.(9

5349

48141

A Quadratum radicis 2.

B Quadratum radicis 6. cum ſuo complemento. Quadratum radicis 6. eſt 36. complementum ex multiplicatione præcedentis radicis dupla, per hanc radicem 6. factum eſt 24. Hæc debito modo (qui modus iam ſupra oſtenſus eſt) inter ſe coniuncta faciunt 276.

C. Quadratũ radicis 7. cum ſuo complemento facto ex multiplicatione dupla radicis antecedẽtis 26. per hanc radicem 7.

717-

7177041 (4
53584
214336

71791843 6(9
535 889
4823 001

71796666601 (1
5358981

7179672019081.(9
53589829
482308461

717967684216561.(2
535898382
1071796764

71796769493452864.(4
5358983844
21435935376

7179676970781221776.(3
53589838483
160769515449

71796769723889169 3049 (1
535898384861

717967697244250676897 61.(1
5358983848621

71796769724478657528247 21.(2
53589838486222
107179676972444

717967697244893754959444544. Biquadratum totum.

Examen præcedentis analyſeos per Syntheſin contrariam.

1 q.	026794919243112	
4 q.	107179676972448	
1bq.	007179676972448.	Subtrahe
	100000000000000	Redit quadratum ſubtenſæ. LX. grad.

XXXV. PROBLEMA SEXTVM. Data ſubtenſa arcus, ſubtenſam tertiæ partis illius arcus invenire.

REGVLA. Subtenſæ datæ ſubtriplum nonnihil auctum pone pro ſubtenſa quæſita, & per illam inquire ſubtenſam datam juxta doctrinam tertii problematis. Quam ſi eandem inveneris, habes quod quæſiviſti. Sin autem: nota differentiam per Plus vel Minus, & repetitâ eadem operatione per aliam poſitionem ſubtenſæ quæſitæ, iterum nota Plus vel Minus. Quo facto poſtea per Regulam falſi veritatem infallibiliter invenies.

RATIO *cur ſubtriplum ſubtenſæ datæ nonnihil augendum ſit prius quàm pro ſubtenſa quæſita probabiliter poni poſſit, hæc eſt: quia ſubtenſa ſubtripli arcus ter ſumta neceſſario major eſt quàm ſubtenſa tripli arcus. v.g. tres rectæ, AB, BC, & CD. ſimul ſumtæ neceſſariò majores ſunt, quàm recta* $\smile$*AD.*



RATIO

RATIO reliquæ operationis usq; ad Regulam falsi, patet ex demonstratione tertii problematis.

RATIO REGVLÆ falsi scitur ex Arithmeticis.

EXEMPLVM. Sit data subtensa XXX. graduum AD. 5176381. ferè. Quæratur autem subtensa subtripli arcus, nempe arcus. X. graduum. AB.

Data subtensa AD. est — — —	5176381
Eius subtriplum est — — —	1725460
Id nonnihil auctum, est — — —	1730000
vel — — —	1740000
vel — — —	1750000
Positio prima sit — — — —	1730000
Per eam inquisita subtensa tripli arcus AD. iuxta doctrinam tertii problematis, erit —	5138223
At debebat esse — — —	5176381
Ergo est Minus — — —	38158
Positio secunda sit — —	1740000
Per eam inquisita subtensa tripli arcus AD. iuxta doctrinam tertii problematis, erit —	5167320
Atqui debebat esse — — —	5176381
Ergo adhuc est Minus — —	9061

Iam, iuxta doctrinam Regulæ falsi, multiplica per crucem, Minus primum per positionem secundam, & Minus secundum per positionem primam: & quia utrobiq; est Minus, producta ab invicem subtrahe, & habebis numerum dividendum, hoc modo:

Productum primum	66394920000
Productum secundum	15675530000
Dividendus	50719390000

Item, de Minore uno ſubtrahe Minus alterum, & accipies diviſorem, hoc modo:

Minus unum — — —	38158	
Minus alterum — — —	9061.	Subtrahe.
Diviſor — — —	29097	

Diviſio ipſa.

```
Dividendus. 50719390000
Diviſor.    29097 (1—1
           ------------
            216223 (7—8
             29097
            203679
           ------------
             125449 (4—3
              29097
             116388          7
           ------------      0
              90610 (3---6 X 0
              29097          7
              87291
           ------------
               33190 (1—7
               29097
           ------------
                40930 (1—8
                29097            7
           ------------------    0
                118330 (4—3  X 0
                 29097           7
                116388
           ------------------
                  1942
```

Diviſione facta prodit pro ſubtenſa ◡AB, uti vides, numerus 1743114. *Per quem numerum iterum operare ut per poſitionem primam vel ſecundam, & rurſum prodibit Minus: ſed valde parvum, nempe.* 3. *Sume igitur numerum numero* 1743114. *paullo majorem, nempe* 1743115. *& repetitā operatione priore invenies ſubtenſam ◡AD. prorſus talem, qualis initio data erat nempe* 5176381. *quæ tamen in fine eſt juſto major: ideo etiam ſubtenſa* 1743115. *in fine erit juſto major:*

verior

verior tamen quàm ſubtenſa 1743114: ut ex calculo apparet: quia ſcilicet nullam apparentem differentiam inter AD. datam & quæſitam relinquit.

NOTA. *Regula falſi ſemper tibi veritatem oſtendet ad minimum in duplo pluribus cyphris, quàm poſitio una aut altera notas ſignificativas (quales ſunt 1.2.3.4.5 6.7.8.9. non autem 0.) ad ultimam uſque iuſtas habuerit. v.g. In propoſito exemplo poſitio utraque ſeorſim ſumta habuit tres cyphras ſignificativas ad ultimam uſque iuſtas, nempe 173. vel 174. Ergo regula falſi veritatem exactè prodidit in ſex cyphris, nempe in iſtis 174311. Unde patet ſi primam poſitionem feceris 17431140000000, ſecundam 17431150000000. te ad extremam habiturum eſſe ſubtenſam exactiſſime veram ad radium 100000000000000. Quod ſi iſtam ſubtenſam rurſus quatuordecim cyphris auxeris, & ultimam cyphram ſignificativam in una poſitione minorem, in altera maiorem ſumſeris, accipies ſubtenſam quæſitam exactiſſimè veram ad radium 100000 00000 00000 0000000000000; & ita deinceps: modò ſubtenſam AD in tot partibus prius datam habueris.*

Aliter, per Algebram.

REGVLA. Subtenſam datam divide per 3 l—1 c. Quotus erit ſubtenſa tertiæ partis arcus dati.

RATIO REGVLÆ.



Nam ſubtenſa cujuſcunque arcus æquatur tribus radicibus minus uno cubo: qualium radicum una eſt ſubtenſa tertiæ partis illius arcus.

Quod ſic demonſtratur. Sit data ſubtenſa AD, arcus ABCD. Quæratur autem ſubtenſa tertiæ partis AB, vel BC, vel CD. Ponatur ſubtenſa tertia partis BC 1 l. Er-

 go ſub-

go subtensæ arcuum ad arcum BC. duplorum, nempe rectæ AC & BD singulæ erunt l 4q—1bq. per antecedentis problematis demonstrationem. Atqui figura ABCD, est figura quadrilatera, circulo inscripta & diagoniis intersecta. Rectangulum igitur diagoniorum AC & BD æquatur rectangulis laterum simul sumptis per 54 primi. Primum igitur multiplico diagonios invicem & existit inde quadratum 4q—1bq (nam surdum numerum per se ipsum multiplicare, nihil est aliud quam signum l abiicere.) Deinde multiplico latus AB per latus CD, hoc est, 1 l per 1 l. & existit inde 1 q. Quod subtraho de Quadrato diagoniorum, h. e. de 4q—1bq & restant 3q—1bq. pro rectangulo ex BC & AD facto. Quod rectangulum 3q—1bq. si dividam per latus BC. nempe per 1 l. resultat latus AD. 3 l—1c. Ergo 3l—1c. quorum laterum unum sit subtensa tertiæ partis, æquantur subtensæ arcus dati & per consequens si subtensa arcus dati dividatur per 3l—1c. quotus erit subtensa tertiæ partis. Quod demonstrandum erat.

Modus istiusmodi divisionis hic est. Subtensam datã divide per 3. addito uniuscujusq; quoti particularis cubo, cum suis complementis, ad numerum dividendũ, priusquam divisorẽ promoveas: à dextra istam additionem incipiendo, sub puncto unicuiq; cubo debito, & pro more extractionis radicis cubicæ ad numerum dividendum annotato. Dico: addito cubo, cum suis complementis. Nam cubus non unicum duntaxat habet complementum, ut quadratum: Sed cubus uniuscujusq; radicis post aliam radicem positæ, habet duo complementa. Quæ sic reperiuntur. Pro primo complemento, radix præcedens quadratur, idq; quadratum triplatur, & triplatum per sequentem radicem multiplicatur. Pro secundo complemento, radix præcedens triplatur, & hoc triplatum per quadratum sequentis radicis multiplicatur, ut sequentis exempli calculus, quem integrum asscripsi, ostendet.

EXEMPLUM.

Subtensa XXX grad. unde sit extrahenda subtensa X graduum.

0· 517· 638· 1

(3)(3)1 Adde (01

218

218 638 (7
(3)3 913. A.

12 551 100 (4
(3) 355 024.A.

906 124 000 (3
(3)27 295 407.A.

33 419 407 000 (1
(3) 911 466 991.A.

4 330 873 991 (1
(3) 91 152 451 231.A.

1 422 026 442 231 (4
(3)36 461 273 334 544.A.

258 487 715 565 544 Sequeretur 8
(3)

Quadrata particularia ſubtenſæ X.gr.

0. 1
01

001. 7
27
189

00289. 4
344
1376

0030276. 3
3483
10449

003038049. 1
34861

00303839761 1
348621

0030384324721. 4
3486224
13944896
003038446416966

Cubi particulares ſubtenſæ X. graduum.

C.0001 (1
3 913

C.0004 913 (7
355 024

C.0005 268 024 (4
27 295 407

C.0005 295 719 407 (3
911 466 991

C.0005 296 230 873 991 (1
91 152 451 231

C.0005 296 322 026 442 231 (1
36 461 273 334 544

C 0005 296 358 487 715 565 544 (4

Exqui-

Exquiſitio cuborum particularium ſubtenſæ decem graduum.

l 1
q 1
3
3
l 7
I Comple. 21
II. Compl. 147
Cubus 343
3913 Cubus radicis 7. cum ſuis complementis.

l 17 | l 17 | l. 4
q. 289 | 3 | q. 16
3 | 51 | c. 64
867 | q. 16
l. 4 | 306
I. Compl. 3468 | 51
II. Compl. 816 | 816
Ipſe cubus 64
355024 cubus radicis 4 cum ſuis complementis.

l. 174
q. 30276
3
90828
l. 3
272484
4698
27
27295407

l. 174 | l. 3
3 | q. 9
522 | c. 27
q. 9
4698

l. 1743 | l. 1743
q. 3038049 | 3
3 | 5229
9114147
5229
1
911466991

l. 17-

l. 17431	l.17431	l.174311	l.174311	l.4
	3		3	q.16
q.303839761		q.30384324721		
3	52293	3	522933	c.64
			q.16	
911519283		91152974163		
52293		l.4	3137598	
1			522933	
		364611896652		
91152451231		8366928	8366928	
		64		
		36461273334544		

Examen praecedentis analyseos per Synthesin contrariam.

1l.	01743114|8	Subtensa X. graduum.
3l.	05229344|4	
1c.	00052963|5	Subtrahe.
	05176380|9	Redit subtensa XXX. graduum.

XXXVI. PROBLEMA SEPTIMVM. Data subtensa arcus, subtensam quintæ partis illius arcus invenire.

REGVLA. Subtensæ datæ sub quintuplum nonnihil au-ctum, pone pro subtensa quæsita, & per illam inquire subtensam datam, juxta doctrinam quarti problematis. Quam si eandem inveneris, habes quod quæsivisti. Sin autem: nota differentiam per Plus vel Minus, & repetita eadem operatione per aliam positionem subtensæ quæsitæ, iterum: nota Plus vel Minus; & deniq; per regulam falsi veritatem inquire, ut factum est in sexto problemate.

RATIO REGVLA *est eadem, quæ fuit in sexto problemate.*

H EXEM-

EXEMPLVM. *Sit data ſubtenſa decem graduum AF 1743115. Quæratur autem ſubtenſa quintæ partis, hoc eſt duorum graduum. CD.*



Subtenſa decem graduum eſt — —	1743115. *ferè.*
Eius ſubquintuplum eſt — — —	348623.
Poſitio prima ſit — — — —	349000.
Per eam inventa AF. eſt — — —	1742875.
At debebat eſſe — — — —	1743115.
Eſt ergo Minus — — —	240.
Poſitio ſecunda ſit — — —	349100
Per eam inventa AF. erit — —	1743373
At debebat eſſe — — — —	1743115
Eſt ergo Plus — — —	258
Cui adde Minus — —	240
Et habebis diviſorem — — — —	498

Deinde multiplica per crucem, nempe Minus per poſitionem majorem; & Plus per poſitionem minorem; eruntq;

Productum primum — — —	83784000
Productum ſecundum — — —	90042000. *Hæc adde*

Et habe-

Et habebis Dividendum. 173826000 —— 0
Divisor erat. — 498 (3 — 3
1494
2442
498 (4 — 7
1992
4506
498 (90 — 7
4482
2400
498 (4 — 2
1992
4080 6/3
498 (8 — 1 X 3
3984 0
96

Quotus, hoc est, subtensa duorum graduum CD. prodit. 349048. exquisitè vera.

Aliter, per Algebram.

REGVLA. Subtensam datam divide per 5l — 5c + 1ß. Quotus erit subtensa quintæ partis arcus dati.

RATIO REGVLÆ. *Nam subtensa cuiuscunque arcus æquatur quinque radicibus, minus quinque cubis, plus uno solido: qualium radicum una est subtensa quintæ partis illius arcus. Quod sic demonstratur.*

Sit data subtensa AF, arcus ABF. Quæratur autem subtensa quintæ partis arcus ABF. v. g. subtensa arcus CD nempe recta CD. Ponatur CD unius radicis, sive quod idem est, CD sit 1 l. Ergo AC erit l4q -- 1bq. similiterque DF per problematis XXXI. demonstrationem. AD vero erit 3 l — 1c. Similiterque CF per problematis antecedentis demonstrationem. Iam in figura quadrilatera ACDF diagoniis AD & CF intersecta, rectangulum diagoniorum AD & CF est æquale rectangulis laterum oppositorum, nempe CD & AF, item AC & DF

 simul

ſimul ſumtis, per 54. primi. Primum igitur multiplico invicem diagonios AD & CF. Deinde multiplico invicem latera oppoſita AC & DF. Et factum hujus multiplicationis à facto diagoniorum ſubtra-



ho. Quod reſtat, eſt rectangulum reliquorum duorum laterum oppoſitorum CD & AF: quod rectangulum diviſum per rectam CD, relinquit rectam AF. Totus calculus Algebraicus ita habet.

AD. 3l—1c.	AC. l4q—1bq
CF. 3l—1c.	DF. l4q—1bq
9q—3bq.	AC, DF. 4q—bq.
—3bq+1qc.	
AD, CF. 9q—6.bq+1qc.	
AC, DF, 4q—1bq.	
CD, AF, 5q—5bq+1qc.	
Diviſor CD 1l.	
Quotus AF 5l—5c+1ß.	

Ergo

Ergo ſubtenſa dati arcus ◡ABF, nempe recta ◡AF æquatur 5 radicibus, minus 5 cubis, plus uno ſolido: qualium radicum una eſt ſubtenſa quintæ partis arcus dati. Et per conſequens, ſi ſubtenſam datam ◡AF dividam per 5 L - 5c + 1ß. Quotus erit ſubtenſa quintæ partis illius arcus, nempe recta ◡AB, vel BC, vel CD, &c.

Quod demonſtrandum erat.

Modus per 5L - 5c + 1ß. dividendi talis eſt. Super numero dividendo ante omnia notentur puncta & cubicis & ſolidis radicibus convenientia. Deinde numerus dividendus dividatur per 5. additis ſemper quoti inventi quinq. cubis, cum ſuis complementis, & ſubtracto uno ſolido, priuſquam diviſor promoveatur. Quia enim diviſio debet fieri per 5L - 5c. Ideo quinq. cubi, qui de diviſore auferri non poſſunt, econtra ad numerum dividendum ſunt addendi. Item quia diviſio debet fieri per 5 + 1ß. Ideo unus ſolidus, qui ad diviſorem addi non poteſt, econtra de numero dividendo eſt ſubtrahendus.

EXEMPLVM.

Subtenſa X. gr. unde ſit extrahenda ſubtenſa duorum graduum.

S.			
C. 2c. S	C.		
·0 17 ·4 31	·1 4		
(5)(5)(5) 13	5. Adde	(003	
24 44	6 400 0		
	24 3	Subtr.	
24 44	6 375 7		
(5) 6	1 520 Adde	(4	
4 50	7 895 7	00 000	
	21 1	35 424	Subtr.

 (4)(5)0

(4)(5)0	7 874 5	64 576		(9		
(5)1	6 022 7	45 Adde				
2	3 897 3	09 576	000 00			
	6 3	40 413	767 49	Subtr.		
x	3 890 9	69 162	232 51	(04		
(5)	(5) 73 0	88 976	320 Adde			
	3 964 0	58 138	552 51	0 000 0	00 000	Subtr.
		29 677	769 34	9 411 0	73 024	
	3 964 0	28 460	783 16	0 588 9	26 976	
	(5)					(8 fere.

Quadrata particularia ſubtenſæ duorum graduum.

```
0 0.(3
00003
00009
-----------
00009 (4
    64
   256
-----------
0001156.(9
     689
    6201(0
-----------
  12180100.(4
      69804
     279216
-----------
  1218289216.(8
       698088
      5584704
-----------
  121834506304
```

Cubi

Cubi particulares ſubtenſæ duorum graduum.

C.0'000'027· Radix (3

12 304

C.0 000 039 304 (4

3 204. 549

C.0000042 508 549. (90

14 617 795. 264.

C.0000042 523 166 795. 264. (4

2 923 961 134 592

C.0000042 526. 090 756. 398 592. unus cubus (8

5. Multiplicator.

C.0000212. 630. 453. 781. 992. 960. Quinq; cubi.

Solidi particulares ſubtenſæ duorum graduum.

0°0000°000243· — — Radix (3

211 35424

454 35424 (4

63 40413. 76749

517 75837. 76749. (90

29677. 76934 94110. 73024

518 05515. 53683. 94110. 73024 (4

5937. 18660. 97927 80583 &c.

0°00000°00518 11452. 72344. 92038. 53607 (8

Examen factæ analyſeos per ſyntheſin contrariam.

1l. 00349048. Subtenſa 2.gr.

5l. 01745240

-- 5c. 00002126 Subtrahe

01743114

+ 1ſ. 000000051 &c. Adde: ſi quid ſit addendum.

01743114 Redit ſubtenſa 10 gr.

Cete-

Cæterum, quomodo cubi particulares investigandi sint, in exemplo problematis antecedentis monstratum fuit. Neq; hic quicquam novi est, nisi quod singuli cubi particulares multiplicantur per 5. priusquam addantur: quia quinq; cubi hîc ad numerum dividendum sunt addendi. v.g. primus cubus particularis in hoc exemplo fuit 27. Hic multiplicatus per 5 facit 135. Alter cubus particularis cum suis complementis fuit 12304. Hic numerus per 5 multiplicatus facit 61520. Et ita deinceps.

Solidos particulares sic invenies. Fit solidus multiplicatione cubi per quadratum: v.g. Solidus de 3 sic fit. ter tria sunt novem, ter 9 sunt 27. Novies 27 sunt 243. Atq; hæc est generatio solidi unius cyphræ: vel plurium etiam cyphrarum conjunctim consideratarum: ut solidus de 34 est 45435424. Nam quadratum de 34 est 1156. cubus 39304. Quæ duo inter se multiplicata efficiunt numerum 45435424. At, si singularum cyphrarum solidos cum suis complementis separatim inquirere velis, v.g. si post inventum solidum de 3, inquirere velis solidum de 4, qui cum suis complementis additus ad solidum de 3, efficiat solidum de 34, alia via opus est. Hâc nimirum: Solidus plurium cyphrarum v.g. solidus de 34. in cyphris omnibus post primam, habet quatuor complementa: ut sunt quatuor cyphræ inter singula quæq; puncta radicum solidarum interjecta. Illa quatuor complementa sic invenies. Pro primo complemento radicem præcedentem primo biquadrabis, deinde biquadratum quintuplabis, & quintuplatum per radicem præsentem multiplicabis. Pro secundo complemento radicem præcedentem cubabis, & cubatam decuplabis, & decuplatam per præsentis radicis quadratum multiplicabis. Pro tertio complemento præcedentem radicem quadrabis & quadratam decuplabis, & decuplatam per cubum præsentis radicis multiplicabis. Pro quarto complemento radicem præcedentem quintuplabis, & quintuplatam per biquadratum præsentis radicis multiplicabis. Inde præsentem etiam radicem solidabis. Ac deniq; hos quinq; numeros invicem addes: eo modo & ordine sub sese scriptos, ut subjectum exemplum ostendet.

Solidus

Solidus de 4 in l 3 4

	p̃c.l. 3	p̃c.l. 3	p̃c.l. 3	p̃cl. 3	l 4	
	q.9	99	99	5	16	
	bq.81	c 27				
	5	Dec. 270	Dec. 90	15	c. 64	
	405	q.16	C.64	bq256	64	
	l.4	1620	360	90	96	
I. Compl.	1620	270	540	75	1024	Sol.
II. Compl.	4320	4320	5760	30		
III Compl.	5760			3840		
IV.Compl.	3840					
Solidꝰ de 4	1024					

21135424 Solidus particularis de 4 cum suis complementis, respectu radicis antegressæ. 3.

NOTA. *Eodem artificio septimæ, nonæ, undecimæ, decimætertiæ, & in infinitum cujuscunq; partis imparis subtensam invenire possis, si sit opus:*

XXXVII. PROBLEMA OCTAVVM. Datis sinibus duorum arcuum inæqualium, unà cum sinibus complementorum, sinum summæ vel differentiæ illorum arcuum invenire.

REGVLA. Multiplica alternatim sinum unius arcus per sinum complementi alterius: Producta si componas, & composita per radium dividas, hoc est, septem à dextra notas abscindas, habebis sinum summæ datorum arcuum. Si verò productum minus de majore subtrahas, habebis sinum differentiæ eorundem arcuum.

RATIO REGVLÆ. *Hæc regula habet duo membra. Vnum est de inventione sinus summæ duorum arcuum inæqualium. Alterum,*

de inventione sinus differentiæ duorum arcuum inæqualium. Inventio sinus summæ duorum arcuum inæqualium sic demonstratur. Totus circulus ◡ABCD, ponatur tantum 180 partium, ut omnes subtensæ sint instar sinuum. Et sint in eo circulo dati duo arcus inæquales ◡AB & BC, eorumq; complementa AD & CD. Et horum omnium sinus, nempe sinus arcus AB recta AB, sinus complementi AD recta AD. Sinus arcus BC recta BC, sinus cōplementi CD, recta CD: sinus autem summæ datorū duorum arcuum, nempe arcus AB & BC sit recta AC, quæ quæritur. Radius autē sit recta BD. Quia igitur sinus dicti hoc modo in circulum inscripti cōstituunt figuram quadrilaterā, diagoniis intersectam: in quali figura rectangulum diagoniorum est æquale duobus rectangulis binorum oppositorū laterum simul sumtis, per 54. primi: Ideo si sinum ◡AB, multiplices per sinum complementi arcus BC: nempe per latus oppositum CD, & vicissim sinum arcus BC per sinum complementi arcus ◡AB, nempe per oppositum latus ◡AD, eaq; duo producta conjungas, habebis rectangulum æquale rectangulo diagoniorum ◡AC & BD. Quod rectangulum si dividas per latus notum, nempe per radium BD, prodibit latus ignotum AC. Summa sinuum arcus AB & BC, sive sinus arcus AC. Quod demonstrandū erat.



Inventio sinus differentiæ duorum arcuum inæqualium ita demonstratur. Sit sinus arcus majoris AB, recta AB. Sinus arcus minoris BC recta BC. Sinus differentiæ ◡AC recta ◡AC. Sinus complementi arcus majoris AB recta AD. Sinus complementi arcus minoris BC recta CD. Radius BD. Quia igitur rursum figura ◡ACBD est figura quadrilatera, circulo inscripta & diagoniis intersecta: ideo si sinum arcus majoris ◡AB, nempe rectam ◡AB multiplicem per sinum complementi arcus mi-

cus minoris BC, nempe per rectam CD, habebo rectangulum diagoniorum, æquale duobus rectangulis binorum oppositorum laterum; Si igitur porrò multiplicem sinum arcus minoris BC, nempe rectam BC, per sinum complementi arcus majoris ◡AB, nempe per rectam ◡AD. Et hoc productum duorum oppositorum laterum BC, & ◡AD. auferam à rectangulo diagoniorum ◡AB & CD: restabit rectangulum laterum oppositorum ◡AC & BD. Quod rectangulum si dividam per latus notum BD: prodibit latus ignotum ◡AC, sinus differentiæ datorum duorum arcuum inæqualium ◡AB & BC. Quod & ipsum demonstrandum erat.



EXEMPLUM *utriusq; membri.*

Sint, arcus major AB 20. grad,
arcus minor BC 15. grad.
Summa horum arcuū erit 35. grad.
Differentia 5. grad.

Sinus datorum arcuum & complementorum sunt:

Sinus arcus AB. 3420201. Sinus compl. AD. 9396926.
Sinus arcus BC. 2588190. Sinus compl. CD. 9659258.

Multiplicentur igitur alternatim. Sinus arcus ◡AB per sinum complementi arcus BC, nempe per CD & sinus arcus BC per sinum complementi arcus ◡AB, nempe per ◡AD: erunt:

Productum majus	3303660	3870858
Productum minus	2432102	9905740
Summa, radio divisa.	5735763	*Sinus summæ 35. gr.*
Differentia, radio divisa.	871557	*Sinus differentiæ 5. gr.*

XXXVIII. PROBLEMA NONUM. Datis finibus duorum arcuum inæqualium, unà cum finibus complementorum, finum complementi summæ, vel differentiæ illorum arcuum invenire.

REGULA. Multiplica finum arcus unius per finum arcus alterius: Et finum etiam complementi arcus unius per finum complementi arcus alterius. Eo facto, si productum minus auferas à majore, & residuum radio dividas; habebis finum cōplementi summę datorum duorum arcuum. Si vero productū utrumq; componas, & cōpositum radio dividas; habebis finū complementi differentiæ datorum duorum arcuum.

RATIO REGULÆ. *Et hac regula habet duo membra. Primum sic demonstratur. Sit arcus majoris finus recta AB, vel illi æqualis DE, finus complementi, recta BE. Arcus minoris finus, recta BC, finus complementi recta CD, finus summæ, recta AC: finus complementi summæ, recta CE. Radius recta BD. Quia igitur figura BCED, est figura quadrilatera circulo inscripta & diagoniis intersecta: ideo si multiplicem finum complementi arcus AB, nempe rectam BE*



per finum complementi arcus BC, nempe per rectam CD: habebo rectangulum diagoniorum æquale duobus rectangulis binorum oppositorum laterum per 54 primi. Quod si ergo porrò multiplicem finum arcus BC per oppositum finum arcus DE, qui æquatur arcui AB: & hoc rectangulum subtraham à rectangulo diagoniorum: restabit rectangulum reliquorum duorum laterum oppositorū BD & CE, Quod rectangulum

gulum si dividam per latus notum, nempe per radium BD, prodibit latus ignotum CE, sinus complementi summæ datorum duorum arcuum ◡AB & BC. Quod demonstrandum erat.

Posterius membrum sic demonstratur.

Sit rursum arcus majoris sinus recta ◡AB vel ED, sinus complementi recta BE. ◡Arcus minoris sinus BC sinus complementi CD, Sinus differentiæ AC. Sinus cōplementi differentiæ CE, radius BD. Quia igitur figura CBED est figura quadrilatera circulo inscripta & diagoniis intersecta, ideo si bina quæq; latera opposita, nempe sinum BC per sinum DE; & sinum complementi BE per sinum complementi CD multiplicem, & producta componā, habebo rectangulum diagoniorum CE & BD. Quod si dividam



per latus notum, nempe per radium BD, prodibit latus ignotum CE, sinus complementi differentiæ datorum duorum arcuum ◡AB & BC, nempe sinus cōplementi arcus AC. Quod & ipsum demonstrandū erat.

Exemplum utriusq; membri.

Sint rursum,	*arcus major AB*	*20 gr.*
	arcus minor BC	*15 gr.*
	Summa	*35 gr.*
	Differentia	*5 gr.*

Sinus datorum arcuum & complementorum ſunt, ut ante.

Sinus AB. 3420201. Sinus AD vel BE 9396926

Sinus BC. 2588190. Sinus CD — 9659258

Multiplicentur AB per BC, & BE, per CD, & producta mutuo ſubtrahantur & componantur, radioq; dividantur: Et erunt:

Productum majus 9076733	*2640908*
Productum minus 885213	*0026190*
Differentia radio diviſa. 8191520	*Sinus complementi ſummæ.*
Summa radio diviſa. 9961946	*Sinus complementi differentiæ.*

XXXIX. Hæc novem problemata, ſunt quaſi inſtrumenta, quorum adminiculo ſinus reliqui omnes ex ſinu toto deducuntur. Ordo deductionis commodiſſimus hic eſt. Primum inquirantur ſubtenſæ arcuum 60. gr. 30. gr. 10. gr. 2. gr. 1. gr. 20′. 10′. 2′. 1′. 20″. 10″. 2″. per problemata quintum, ſextum & ſeptimum. Itemq; ſubtenſæ complementorum illorum arcuum per problema primum.

Nam iſta inquiſitio eſt omnium accuratiſſima: ut ſubtenſas illas jure principia Canonis Triangulorum appellare poſſis. Deinde ex ſemiſſibus illarum ſubtenſarum, hoc eſt, ex ſinibus arcuum 30. gr. 15. gr. 5. gr. 1. gr. 30′. 10′. 5′. 1′. 30″. 10″. 5″. 1″. unà cum ſinibus complementorum eorundem arcuum, facilè reliquos ſinus omnes deduces, per problema ſecundum, octavum & nonum Per problema ſecundum, ſinum duorum graduum; item duorum ſcrupulorum primorum ac duorum, vel 20. ſecundorum, indagando: per octavum & nonum, ſinibus hactenus inventis continuè ſinum unius gradus, vel unius primi, vel decem ſecundorum vel etiam unius ſecundi, addendo: prout canonem contractiorem vel ampliorem habere volueris.

Ego dictas antea ſubtenſas graduum 60. 30. 15. &c. iſto quem notavi modo, inquiſivi in partibus radii 100000 00000 00000 00000 00000. Et ita inveni ut ſequitur.

Arcus

Arcus	Subtensæ				
60. Grad.	1 00000	00000	00000	00000	00000
30 0′ 0″	51763	80902	05041	52469	77977
10. 0. 0	17431	14854	95316	34711	61285
2. 0. 0	3490	48128	74567	02563	88379
1. 0. 0	1745	30709	96747	86992	97769
0. 20. 0	581	77559	68723	86884	86923
0. 10. 0	290	88810	61083	07015	25490
0. 2. 0	58	17764	09126	84919	27486
0. 1. 0	29	08882	07640	14734	29548
0. 0. 20	9	69627	36183	92296	70823
0. 0. 10	4	84813	68106	20557	04030
0. 0. 2		96962	73622	15273	56399
Semisses arcuum.	Semisses subtensarum.				
30. Grad.	50000	00000	00000	00000	00000
15 0′. 0″.	25881	90451	02520	76234	88988
5. 0. 0	8715	57427	47658	17355	80642
1. 0. 0	1745	24064	37283	51281	94189
0. 30. 0	872	65354	98373	93496	48884
0. 10. 0	290	88779	84361	93442	43461
0. 5. 0	145	44405	30541	53507	62745
0. 1. 0	29	08882	04563	42459	63743
0. 0. 30	14	54441	03820	07367	14774
0. 0. 10	4	84813	68091	96148	35411
0. 0. 5	2	42406	84053	10278	52015
0. 0. 1		48481	36811	07636	78199

XL. Com-

XL. *Compendium ſinuum inſigne eſt in hoc theoremate.* Differentia ſinuum arcuum duorum à ſexaginta gradibus hinc inde pariter diſtantium, eſt æqualis ſinui diſtantiæ.



DECLARATIO. *Sint duo arcus CN & PN à 60 gradibus MN, h.e. à puncto M hinc inde pariter diſtantes. Sintq; ſinus illorum arcuum, rectæ CK, & PL in rectam AB perpendiculares per 3. c. 7. hujus: ac proinde invicem parallelæ, per 38. p. 1. Porro in rectam CK ducatur normalis PT, parallela rectæ KL per 38. p. 1. Hæc, recta PL de recta CK abſcindet æqualem TK per 39. p. 1. & relinquet differentiam ſinuum CK & PL rectam TC. Sinus deniq; diſtantiæ alteriutrius à 60. gradibus ſit recta CD vel DP. Dico: rectam TC rectæ CD vel DP eſſe æqualem.*

DEMONSTRATIO. *Quia enim in Triangulo CGP perpendicularis GD biſecat baſin CP, per 7. hujus & per theſin. ideo latera GC & GP ſunt æqualia, per 23 p. 1. & anguli CGD & DGP iidem ſunt æquales, per eandem, & anguli deniq; GCP & GPC ſimiliter ſunt æquales, per 26. p. 1. Atqui angulus CGD eſt 30. partium: quippe æqualis angulo BAM, per 38 p. 1. Ergo angulus CGP eſt 60 partium: quippe ad angulum CGD duplus.*

Quia vero angulus CGP eſt 60 partium, ideo reliqui duo GCP, & GPC, ſimul ſumti, ſunt 120 partium, per 49. p. 1.

Atqui reliqui illi duo demonſtrati ſunt æquales. Ergo ſinguli eorum ſunt 60. partium.

Totidem autem partium erat etiam angulus CGP. Ergo Triangulum CGP eſt æquiangulum. Quia vero Triangulum CGP, eſt æquiangulum, ideo etiam eſt æquilaterum, per 28. p. 1.

Quia

Quia porro Triangulum CGP est aequilaterum, ideo perpendicularis PT bisecat basin CG per 23. p. 1.

Iam, latera CP & CG sunt aequalia.

Ergo etiam eorum bisegmenta CT & CD sunt aequalia. Quod demonstrandum erat.

CONSECTARIUM. *Datis igitur sinibus sexaginta quorumcunq. graduum, sinus reliquorum triginta graduum per solam vel additionem, vel subtractionem reperire licet.*

ILLUSTRATIO per numeros. *Sint arcus CN 70. PN 50. CM vel PM 10. graduum. Nam totidem gradibus arcus 70. & 50. graduum ab arcu 60. gra. hinc inde distant. Sintq. primum dati sinus 70. & 10. grad. Quaeratur autem sinus 50. grad.*

De sinu 70. gr. CK	—	9396926
Subtrahe sinum 10. gr. CD vel CT	—	1736482
Et relinquetur sinus 50 gr. TK vel PL		7660444

Sint deinde dati sinus 70. & 50 graduum.

Quaeratur autem sinus 10. graduum.

De sinu 70. gr. CK	—	9396926
Subtrahe sinum 50. gr. TK vel PL	—	7660444
Et relinquetur sinus 10. gr. TC vel CD		1736482

Sint denique dati sinus 50. & 10 grad.

Ad sinum 50. grad. PL vel TK	— —	7660444
Adde sinum 10. gr. DP vel TC	—	1736482
Et fiet sinus 70. grad. CK	— —	9396926

XLI. Atque haec de condendis tabulis sinuum rectorum. Tabulis sinuum versorum non est opus: ut supra diximus.

XLII. Tabulae tangentium & secantium ex tabulis sinuum rectorum ita deducuntur.

I. Vt sinus complementi ad sinum arcus: ita radius ad tangentem arcus.

II. Vt sinus complementi ad radium: ita radius ad secantem arcus.

Nam per 46.pr.1.

I. Vt AE ad EB. ita AC ad CL.

II. Vt ⌣AE ad ⌣AB, ita ⌣AC ad ⌣AL.



Exempli gratia, quærantur tangens & secans arcus BC. 30.gr.

Sinus 30.gr. est 5000000. BE.

Sinus comple. 60.gr. est 8660254. ⌣AE.

Dico igitur

I. Vt ⌣AE 8660254 ad BE 5000000, ita ⌣AC. 10000000 ad CL 5773503.

Ergo tangens arcus 30. grad. est 5773503.

II. Vt ⌣AE 8660254. ad ⌣AB 10000000, ita ⌣AC. 10000000 ad ⌣AL. 11547005.

Ergo secans arcus 30.gr. est 11547005.

XLIII. *Compendia tangentium & secantium egregia sunt in sequentibus tribus Theorematibus.*

THEOREMA PRIMUM. Differentia tangentium duorum arcuum, quadrantem simul adimplentium, est dupla ad tangentem differentiæ arcuum.

DECLARATIO. *Sint duo arcus, quadrantem simul adimplentes, CD & BD, eorumq; tangentes CG & BP. Et arcui CD, statuatur æqualis arcus BS, unde apparebit differentia datorum arcuum CD vel BS &*

BS & BD arcus SD. Tangenti item CG statuatur aequalis tangens BT, unde apparebit differentia datarum tangentium CG vel BT & BP recta TP. Arcui denique SD statuantur aequales arcus BL & BO, quorum arcuum tangentes sint BK & BM. Dico rectam TP, differentiam nempe datarum duarum tangentium CG & BP, esse duplam ad rectam BK, tangentem differentiae datorum duorum arcuum. Vel quod idem est: dico, rectam TP esse aequalem rectae MK.



DEMONSTRATIO. *Si enim ab aequalibus auferas aequalia, quae restant sunt aequalia.*

Atqui rectae KP & MT sunt aequales.

Ergo si ab utraque auferas rectam KT, quae restabunt rectae TP, & MK aequales erunt.

Assumtio probatur. Nam quae eidem sunt aequalia: etiam inter sese sunt aequalia.

Atqui rectae KP & MT, eidem rectae KA, sunt aequales.

Ergo etiam inter sese sunt aequales.

Assumtio rursum probatur. Ac primum: quod recta KP sit aequalis rectae KA sic probatur.

Quia in Triangulo AKP anguli KAP & KPA sunt aequales.

Ergo etiam latera ipsis opposita, nempe latera KA & KP sunt aequalia, per 5. p. 1.

Quod autem anguli KAP & KPA inter se sint aequales: inde patet, quia eidem angulo DAC, sunt aequales.

Nam angulus KPA est aequalis angulo DAC, per 38 p. 1. Angulus vero KAP est aequalis eidem angulo DAC, per structuram. Arcus n. BL positus

est æqualis arcui SD differentiæ arcuum DC & BD. Angulus igitur BAL vel BAK est differentia inter angulos BAP & DAC. Cum igitur anguli KAP & KPA eidem angulo DAC sint æquales: etiam inter sese æquales esse necesse est.

Deinde quod recta MT sit æqualis rectæ KA, sive per structuram rectæ MA, sic probatur.

Quia in Triangulo AMT anguli MTA & MAT, sunt æquales, ergo etiam latera ipsis opposita, nempe latera MT & MA sunt æqualia, per 5. p. 1. Quod autem anguli MTA & MAT, sint æquales, inde patet. Quia angulus MTA est æqualis angulo TAC, per 38. p. 1. Angulus autem TAC est æqualis angulo TAM per structuram. Arcus enim CS & SO positi sunt æquales. Eadem est ratio, si differentia BL, sit major dimidio complemento BS. Tantum literæ L & S, item K & T transponuntur. In genere igitur differentia tangentium duorum arcuum quadrantem simul adimplentium, est dupla ad tangentem differentiæ arcuum. Quod demonstrandum erat.

CONSECTARIUM. Datis igitur tangentibus duorum arcuum, quadrantem simul adimplementium, datur etiam tangens differentiæ duorum illorum arcuum. *Et contra*: Data tangente differentiæ hujusmodi duorum arcuum, unà cum tangente arcus alterutrius, datur etiã tangens arcus alterius.

APPENDIX.

Hoc theorema etiam sic proponi potest. Dupla tangens arcus, cum tangente dimidii complementi, est æqualis tangenti arcus ex arcu dato & dimidio ejus complemento compositi.

Nam, si pro arcu dato habeatur arcus BL, dupla ejus tangens erit TP, per demonstrationem antecedentem: Complementum verò arcus BL, erit arcus LC, cujus dimidium est arcus LD, vel DC, cujus tangens est recta GC vel BT. Atqui TP, conjuncta cum BT efficit BP, tangentem

gentem arcus BD, ex arcu dato BL & dimidio complemento LD compositi: Ergo, &c.

XLIV. THEOREMA SECUNDUM. Tangens differentiæ duorum arcuum, quadrantem ſimul adimplentium, cum tangente arcus minoris, conſtituit ſecantem differentiæ.

Vt tangens differentiæ BL vel BO, nempe recta BK vel BM, cum tangente arcus minoris DC vel BS, hoc eſt, cum recta BT, conſtituit rectam MT, quæ eſt æqualis rectæ AK, ſecanti differentiæ BL, per primi theorematis demonſtrationem.

CONSECTARIUM. Data igitur tangente differentiæ duorum arcuum quadrantem ſimul adimplentium, & tangente arcus minoris, datur etiam ſecans differentiæ. *Et contra, &c.*

APPENDIX.

Hoc theorema etiam ſic proponi poteſt. Tangens arcus cum tangente dimidii complementi eſt æqualis ſecanti arcus. *Nam ſi pro arcu dato habeas arcum BL & BO, tangens arcus dati erit BM: tangens dimidii complementi erit BT, quæ duo tangentes ſimul ſumtæ, componunt rectam MT. Atqui recta MT æquatur rectæ AK per primi theorematis demonſtrationem, Quæ recta AK eſt ſecans arcus dati BL, per ſtructuram. Ergo, &c.*

XLV. THEOREMA TERTIUM. Tangens differentiæ duorum arcuum quadrantem ſimul adimplentium, cum ſecante ejuſdem differentiæ, eſt æqualis tangenti arcus majoris.

Vt tangens arcus BL, differentiæ duorum arcuum quadrantem ſimul adimplentium BD & DC, cum ſecante ejuſdem arcus BL, hoc eſt,

recta BK, cum recta AK, est æqualis rectæ BP. Per demonstrationem primi problematis.

CONSECTARIUM. Data igitur tangente differentiæ duorum arcuum Quadrantē simul adimplentiū cum secante ejusdem differentiæ datur tangens majoris arcus: *& contra, &c.*

APPENDIX.

Hoc theorema etiam sic proponi potest. Tangens arcus, cum secante ejusdem, est æqualis tangenti arcus ex arcu dato & dimidio complemento compositi.

Nam, si pro arcu dato habeas arcum BL, tangens arcus dati erit BK, secans AK. Atqui rectæ AK, & KP æquantur: Per primi theorematis demonstrationem. Ergo tangens arcus dati BL nempe recta BK, cum secante ejusdem arcus, AK, est æqualis recta BP, quæ est tangens arcus BD, ex arcu dato BL & dimidio complemento LD, compositi.

XLVI. Exempla præcedentium trium theorematum habes in subjecta tabella.

Tangens

	Tangẽs 3″0. 1454		
8 9. 5 9	34377466738	34377468192	
1	2909		
	34377463829	4	Ex ſubtr.
8 9. 5 8	17188731914	17188734823	Ex add.
2	5818		
	17188726096		
8 9. 5 6	8594363048	8594368866	
4	11635		
	8594351413	2	Ex ſubtr.
8 9. 5 2	4297175706	4297187341	Ex add.
8	23271		
	4297152435	9	Ex ſubtr.
8 9. 4 4	2148576217	2148599488	Ex add.
16	46542		
	2148529675	80	Ex ſubtr.
8 9. 2 8	1074264837	1074311379	Ex add.
32	93087		
	1074171750		
8 8. 5 6	537085875	537178962	
1. 4	186190		
	536899685	3	Ex ſubtr.
8 7. 5 2	268449842	268636032	Ex add.
2. 8	372509		
	268077333	6	Ex ſubtr.
8 5. 4 4	134038666	134411175	Ex add.
4. 16	746053		
	133292613	60	Ex ſubtr.
8 1. 2 8	66646306	67392359	Ex add.
8. 32	1500458		
	65145848		
7 2. 5 6	32572924	34073382	
1 7. 4	3070034		
	29502890		
5 5. 5 2	14751445	17821479	
3 4. 8	6778997		
	7972448		
2 1. 4 4	3986224	10765221	
6 8. 1 6			

In qua

In qua tabella, primum datis tangentibus duorum arcuum, quadrantem simul adimplentium, nempe arcus 8 gr. 9.59'. & arcus 1'. investigata est tangens differentiæ 8. gr. 9.58'. Et porro ex data hac tangente atq; tangente arcus quadrantem complentis 2'. investigata est tangens differentiæ 8. gr. 9.56'. Atq; ita deinceps, usq; dum complementum subscriptum ab arcu suprascripto amplius subtrahi non potuit, quod factum est ad arcum 2. gr. 1.44'. cujus complementum est 6. gr. 8. 16'. quod ab arcu 2. gr. 1. 4'4. subtrahi non potest. Sic inquam tangentes omnes inquisitæ sunt per theorema primum. Deinde secantes arcuum eorundem præter primam omnes inquisitæ sunt, continuè addendo tangentem differentiæ ad tangentem arcus minoris, per theorema secundum: vel subtrahendo tangentem differentiæ à tangente arcus majoris, per theorema tertium. Prima autem secans inquisita est, ad tangentem arcus dati 8. gr. 9. 1'. addendo tangentem dimidii complementi, nempe 30. secundorum, per theorema secundum.

Quod si extra hanc exemplorum continuationem, v. g. ex data tangente arcus 21. grad. 44'. & dimidii complementi 34. gr. 8. min. inquirenda fuisset tangens arcus, ex dato arcu 21. grad. 44'. & dimidio complemento 34. grad. 8'. compositi, nempe arcus. 55. gr. 52'. adhibenda fuisset appendix primi theorematis.

Si verò ex datis iisdem tangentibus, arcus, 21. gr. 44'. & dimidii complementi 34. gr. 8'. inquirenda fuisset secans arcus 21. gr. 44'. adhibenda fuisset appendix secundi theorematis.

Si deniq; ex tangente & secante arcus 21. gr. 44'. inquirenda fuisset tangens arcus ex arcu dato 21. gr. 44'. & dimidio complemento 34. gr. 8'. compositi, nempe arcus 55. grad. 52. adhibenda fuisset appendix tertii theorematis.

XLVII. Atq; hæc de constructione Canonis. Examen Canonis jam constructi fieri potest variis modis: nempe vel per ha-

per hactenus explicata construendi canonis præcepta, & cõpendia: vel per differentias sinuum, tangentium & secantium primas, secundas, tertias, &c.

XLVIII. Quocunq; autem modo examen illud instituatur, fieri potest, ut numerus aliquis in fine falsus esse videatur, qui tamen falsus non sit. *Vt, si sequentes tangentes examines per 41. p. hujus: hoc modo.*

77.gr.29.prim.Tangens.	45045072.
12.gr.31.prim.Tangens.	2219999.
	42825073.
64.gr.58.prim.Tangens.	21412536.

Vltima Tangens 21412530. quoad ultimam notam non respondebit tangenti in Canone positæ. Nam ibi ultimo loco est 7. Et tamen nullus error in his tribus tangentibus inest. Causa autem cur tangens 21412536 per hoc examen proveniat justo minor, hæc est: quia tangens 2219999. fuit justo maior. Nimium igitur subtraxit à tangente 45045072. Quod si ponas pro tangente 2219999. tangentem 2219998. erit hæc justo minor. Vltima autem tangens 21412537. proveniet justo major. Ob talem igitur discrepantiam, quæ evitari nullo modo potest, nullus Canon est erroris arguendus.

XLIX. In reliquis notis, præter ultimam, si quis error insit, per differentias primas, secundas, tertias, &c. facilimè deprehendi potest. *Sit forte in Canone Tangens 77.gr.20.prim. ita posita. 44494381. & sit suspicio, inesse illi aliquem errorem. Pone ordine aliquot tangentes, cum suis differentiis primis, secundis, tertiis: hoc modo:*

12 Grad.	Tang.	Differ. I.	Differ. II.	Differ. III.	
31 prim.	45045072				29
32 —	44983221	61851			28
33 —	44921532	61689	162		27
34 —	44860004	61528	161	1	26
35 —	44798636	61368	160	1	25
36 —	44737428	61208	160	0	24
37 —	44676379	61049	159	1	23
38 —	44615489	60890	159	0	22
39 —	44554756	60733	157	2	21
40 —	44494381	60375	358	0—1	20
41 —	44433762	60619	-56	2	19
42 —	44373499	60263	356	0	18
43 —	44313392	60107	156	0	17 prim.
					77 Grad.

Statim videbis, vel ex differentiis primis, vel certè ex secundis, numerum 44494381. tertio à dextris loco falsum esse, quia in differentiis secundis post 157. sequitur 358. quod non potest non esse falsum. Igitur pro 358. pone 158. Et 158. subtrahe de differentia prima proximè antecedente 60733. & restabit differentia prima subsequens 60575. quam si subtraxeris de tangente antecedente 44554756. restabit tangens desiderata 44494181. Et sic error emendatus erit: numeriq; ita sese invicem comsequentur.

39	44554756	60733	157	2
40	44494181	60575	158	0—1
41	44433762	60419	156	2
42	44373499	60263	156	0
43	44313392	60107	156	0

L. Dispositio Canonis aliis alia placet. Nobis ea visa est commodissima, quam vides. In qua sinus tangentes & secantes arcuum semiquadrante minorum in facie sinistra: Sinus vero tangentes & secantes arcuum semiquadrante majorum in dextra facie Canonis collocatæ sunt: ut sive arcus semiquadran-

quadrante minor ſive major in quæſtionem veniat, ejus complementum è regione ſtatim ſeſe offerat. Et ſinus quidem tangentes ac ſecantes arcuum ſemiquadrante minorum, unà cum arcubus ſuis creſcunt deſcendendo: Sinus vero tangentes & ſecantes arcuum ſemiquadrante majorum unà cum arcubus ſuis creſcunt aſcendendo, per ſingula ſcrupula prima: excepto primo gradu, ejuſque complemento: ubi etjam ſcrupula ſecunda, vel ſingula, vel bina, vel dena adhibuimus: quia aliter calculus in ſcrupulis ſecundis infallibilis ibi haberi nequit.

Loco differentiarum poſuimus partem proportionalem, vel ſingulorum, vel denorum ſecundorum: compendioſioris calculi gratia. Addidimus etiam incrementa, quibus partes proportionales inæquales, vel per ſingula, vel per dena ſcrupula ſecunda creſcerent; ad majorem præciſionem aſſequendam.

Radium aſſumſimus pro neceſſitate varium. Nempe, vel quinq;, vel ſeptem, vel octo, vel novem, vel decem, vel undecim, vel etiam duodecim notarum. Quam varietatem prudens logiſta facilè conciliabit: ſemper tantæ magnitudinis radium ad calculum adhibendo, ad quantæ magnitudinis radium quilibet in canone numerus factus ſit. Quod ut ſtatim appareat, ſinus tangentes & ſecantes ad radium 100000. factos, à cæteris, quàm pro iſto radio majoribus puncto interjecto ubiq; diſcrevimus. Imò, ubi pluſquam decem notarum eſt radius, etiam alterum punctum interjecimus: quo ſinus tangentes & ſecantes radii decem notarum à ſinibus tangentibus & ſecantibus majoribus è veſtigio diſcerni dignoſcique poſſent. Ubi nullus numerus poſt punctum apparet, ibi radius tantum eſt quinque notarum. (100000.) ut in omnibus tangentibus & ſecantibus poſtremorum quinq; graduum.

LI. Usus Canonis in genere hic est, ut uniuscujusq; arcus, vel anguli dati, (modo 90. gradus non excedat) Sinum tangentem & secantem, unà cum sinu tangente & secante complementi: aut contrà, uniuscuiusque sinus tangentis, aut secantis datæ arcum inde promptè excerpere, & sic in calculo triangulorum sine remora progredi possis.

Vt, si arcus, vel anguli 30. graduum, vel ejus complementi quaratur sinus tangens, secans, dabuntur ista omnia de Canone sic, ad radium 10000000.

Arcus 30. grad.		*Complementi.*	
Sinus.	5000000.	*Sinus.*	8660254.
Tangens.	5773503.	*Tangens.*	17320508.
Secans.	11547005.	*Secans.*	20000000.

Contra:

Si data tangente 5773503. quæratur, quantus arcus, vel angulus illi competat, respondebit Canon, competere illi tangenti arcum, vel angulum 30. gr. Et simul in altero Canonis margine ostendet hujus arcus, vel anguli complementum esse arcum, vel angulum 60. graduum.

LII. Quod si fortè scrupula secunda primis adhæserint, & illa etiam ad calculum adhibere libeat, ita procedes, ut sequentia exempla te docebunt.

Exemplum primum. Sit inquirendus sinus 12. gr. 6. prim. 23. sec. Sume initio de tabulis sinum 12. gr. 6. prim, qui est 2096186. Deinde per partem proportionalem collige, quantum reliquis 23. secundis competat, dicendo:

10″. *dant* 474 *particulas: quid dant* 23″?

```
        23
   ------------
       1422
       948
   ------------
   Rx  1090|2
```

Deniq;

Deniq; ad prim datum Sinum	—	2096186
Adde partem proportionalem jam inventam		1090
Et habebis Sinum desideratum	—	2097276

Secundum Exemplum. Sit inquirenda tangens arcus 88. gr. 51 primorum, 34. secundorum. Principio desumes ex tabulis tangentem 88. gr. 51. prim. quæ tangens ad radium 100000. est 4981573. Deinde partem proportionalem 34. secundorum ita colliges.

PP. 10. *secundorum.*	—	12065. A.	
Incrementum	—	59	*Hoc adde continue, primum ad A. deinde ad B. tertio ad C. & habebis A, B. C. pro 30. secundis. D. verò si multiplicaveris per 4. & ultimam notam abscideris, habebis 4897. pro reliquis 4 secundis. Iam adde A, B, C, E, & invenies F.*
10. *secund.*	—	12124. B.	
10. *secund.*	—	12183. C.	
10. *secund.*	—	12242. D.	
4. *secund.*	— —	4897. E	
34. *secund.*	—	41269 F.	
Ad F. adde tangentem		4981573	
Et habebis tangentem desideratam		5022842	

Tertium Exemplum. Sit inquirenda tangens 89. gr. 39. prim. 24. sec. Procede sic.

Tangens 89. gr. 39. prim. 20 sec.		16634058. A.	
	1. *sec.*	13452. B	
	Incrementum.	22	*Hoc adde continue ad B, C & D. ut invenias C, D & E. Deniq; in unam summam collige ABCDE.*
	1 *sec.*	13447. C.	
	1. *sec.*	13469. D	
	1 *sec.*	13491. E.	
Et habebis tangentem desideratam		16687890	

Vel brevius. Multiplica partem proportionalem unius secundi per 4. & incrementum per tot unitates, quot sunt in progressione quatuor locorum: hoc est, per 6. (Nam talis est quatuor locorum progressio. 0. 1. 2. 3. in qua progressione sunt 6. unitates) & habebis eandem tangentem hoc modo:

Tangens.	—	16634058. *A.*
PP. 1. *sec.*	— —	~~13425~~ *multiplica per* 4.
		53700 *B.*
Incrementum.	— —	~~22~~ *multiplica per* 6.
		132. C. *Adde A, B, & C. Et habebis*
Tangentem desideratam	—	16687890. *ad radium* 100000.

LIII. Sin contrà datus sit aliquis sinus, aut tangens, aut secans, cujus arcum etiam in scrupulis secundis præcise colligere volueris: sic procedes, ut sequentia exempla te docebunt.

Primum Exemplum. Sit datus sinus 2097276. *ad radium* 10000000. *Quæratur autem quantus ei arcus competat.*

Principio inquires in tabulis sinum proximè minorem, & eum à sinu dato subtrahes, & arcum ipsi competentem annotabis.

Deinde ex residuo scrupula secunda colliges hoc modo:

Sinus datus.	— —	2097276	
Sinus proximè minor	—	2096186	*Arcus* 12. *gr* 6.
		1090. *Residuum.*	
		474. PP. 10. *Sec. in tabulis.*	

Iam, 474. *partes dant* 10. *secunda, quid dant* 1090. *partes?*

10900
474 (2
948   Rx. 23. *ferè.*
1420 (3. *ferè*
474
1422

Ergo arcus quæsitus est 12. *gr.* 6. *prim.* 23. *sec.*

Secundum Exemplum. Sit data tangens 5022839. *ad radium* 100000. *quæratur autem arcus illi competens. Primò rursum inquires in tabulis tangentem proximè minorem, & arcum ei competentem.*

Tum

Tùm subtrahes tangentem istam minorem à tangente data: & ex residuo scrupula secunda colliges hoc modo:

Tangens data	—		5022839.
Tangens proxime minor	—		4981573. *Arcus* 88.*gr*.51'.
			41266. *residuum.*
			12065 (10. *sec.*
10''	—	12065	29201. *residuum.*
Increm.	—	59	12124. (10. *sec.*
10''	—	12124	17077. *residuum.*
10	—	12183	12183 (10. *sec.*
10	—	12242	4894. *residuum.*
1''	—	1224	1224. (1. *sec. Iam* 1224. *in* 4894. *habetur quater fere. Nam quater* 1224 *facit* 4896.
			4896.

Ergo arcus datæ tangenti competens est 88 grad.51'.34''.

Tertium Exemplum. Sit data tangens 16687890. ad radium 100000. *Quæratur autem, quantus illi arcus competat. Procedes hoc modo:*

Tangens data	—	16687890.
Tangens proxime minor	—	16634058. *Arcus* 89.*gr*.39'.20''.
Residuum	—	53832.
PP.*unius sec.*	—	13425.*A*
Incrementum	—	22. *Hoc adde ad A, & B, & C.*
		13447.B.
		13469 C.
		13491.D *Iam adde A, B, C, & D.*
Fit	—	53832. *pro* 4. *secundis.*

Ergo arcus tangenti data competens est 89.gr.39'.24.

LIV. Hoc

LIV. Hoc modo per Canonem iſtum ad ſingula ſcrupula ſecunda abſque omni errore in calculo trigonometrico pervenire poteris. Et in primo quidem ac poſtremo gradu certius, quàm per magnum Canonem Rhetici: In cæteris verò omnibus, Canon Rhetici præſtat. Nam & citius per illum operari: & non tantum ſcrupula ſecunda: verum etiam tertia & quarta, ex illo infallibiliter colligere poteris.

Itaque ſi ſapies & tantum æris habebis,
iſtum Canonem omnino tibi
comparabis.

BAR-

BARTHOLOMÆI
Pitisci Grunbergensis

TRIGONOMETRIÆ

Liber Tertius.

De dimensione Triangulorum planorum.

Hactenus de principiis Trigonometriæ, & de tabulis Sinuum, Tangentium & Secantium, ad Trigonometriam exercendam necessariis. Nunc sequitur ipsa illa Trigonometria, sive dimensio Triangulorum, tàm planorum, quam Sphæricorum. In qua utraque explicanda: quia non aliter, quàm per regulam proportionum absolvitur: ut supra dictum fuit: principiò quidem axiomata quædam trademus, ex quibus intelligatur, quæ proportiones quibus Triangulis, Triangulorumve partibus insint: quæ axiomata idcirco Axiomata Proportionum appellare libet. Deinde verò ostendemus, quomodo axiomata illa ad usum applicari debeant, sive, quomodo beneficio paucorum illorum axiomatum quodlibet quæsitum, in quovis Triangulo proposito, ex quibusvis tribus datis, quàm citissimè reperiri possit.

Axiomata proportionum in Triangulis planis existentium præcipua, & ad omnem eorum solutionem abunde sufficientia, præter aureum illud totius trigonometriæ fundamentum, quod libro primo, propositione 46. explicavimus, sunt quatuor.

AXIOMA PRIMUM.

In triangulis planis rectangulis:

Unumquodque latus pro radio poni poteſt, ad canonem triangulorum convenienter.

Nam



Si latus ſubtendens rectum ponas pro radio: latera includentia rectum ſunt ſinus acutorum ipſis oppoſitorum.

Si majus includentium rectum ponas pro radio: minus includentium rectum eſt tangens; ſubtendens rectum, ſecans; acuti minoris.

Si minus includentium rectum ponas pro radio, majus includentium rectum eſt tangens; ſubtendens rectum, ſecans; acuti majoris.



Vt in triangulo plano rectangulo ABC: Si latus ſubtendens rectum ◡AB, ponas pro radio: latus minus includentium rectum BC, eſt ſinus oppoſiti acuti minoris BAC: latus majus includentium rectum ◡AC, eſt ſinus oppoſiti acuti majoris ◡ABC.



Si verò latus maius includentium rectum ◡AC, ponas pro radio: latus minus includentium rectum BC, eſt tangens oppoſiti acuti minoris BAC: ſubtendens rectum ◡AB, eſt ejuſdem acuti ſecans.

Si deniq; latus minus includentium rectum BC, ponas pro radio: latus ma-

jus in-

jus includentium rectum ◡AC, est tangens oppositi acuti majoris ABC: subtendens rectum ◡AB, est ejusdem acuti secans.

Omnia per definitiones sinuum tangentium & secantium, libro secundo traditas.

Consectarium primum.

Itaq. in triangulis planis rectangulis:

Datis angulis datur ratio laterum tripliciter: *Et per consequens,*

Dato præter angulos unico latere, datur reliquorum laterum quodlibet triplici proportione: *prout scilicet, vel hoc, vel illud, vel tertium latus pro radio posueris.*

Vt, in triangulo plano rectangulo proposito ◡ABC. Datis angulis, ad ◡A, 30. gr. 20. sc. atq. adeo ad B, 59. gr. 40. (Nam alter acutorum est alterius complementum, per 52. p. 1. Itaq. in triangulis planis rectangulis, dato unico acutorum, omnes anguli dati sunt) Datis inquam angulis ad A, 30. gr. 20'. & ad B, 59. gr. 40'. datur ratio laterum.

Vel sic:

AB, radius	10000000
BC, sinus acuti BAC	5050298
AC. sinus acuti ABC	8631019.

Vel sic:

AC, radius	10000000
BC, tangens acuti BAC	5851335
AB, secans ejusdem acuti	11586118.

Vel deniq. sic:

BC, radius	10000000
AC, tangens acuti ABC	17090116
AB, secans eiusdem acuti	19800810.

Hoc est:

Ostenditur per canonem triangulorum, quod latus ◡AB, verbi gratiá, sese habeat ad latus BC,

Vel:

Vt AB, 10000000 *ad BC,* 5050298.

Vel:

Vt AB, 11586118 *ad BC,* 5851335.

Vel deniq;:

Vt AB. 19800810 *ad BC.* 10000000. *Et sic de cæteris.*

Dato igitur, præter angulos hoc modo datos, latere AB, 24 pedum: si quæratur latus BC, quot pedum? dixero.

Vel:

Vt AB, radius 10000000 *ad BC, sin.* 5050298.
ita AB, latus 24. *ped. ad* BC $12\frac{1207152}{10000000}$ *ped.*

Vel:

Vt AB, secans 11586118 *ad BC, tang.* 5851335.
ita AB, latus 24. *ped. ad* BC $12\frac{1398624}{11586118}$ *ped.*

Vel deniq;:

Vt AB, secans compl. 19800810 *ad BC rad.* 10000000.
ita AB, latus 24. *ped. ad* BC $12\frac{2390280}{19800810}$ *ped.*

Sic, si dato eodem latere AB, 24. ped. quæratur latus AC, quot pedum? dixero.

Vel:

Vt AB, radius 10000000 *ad AC, sin.* 8631019.
ita AB, latus 24. *ped. ad AC* $20\frac{7144456}{10000000}$ *ped.*

Vel:

Vt AB, secans 11586118. *ad AC, rad.* 10000000.
ita AB, latus 24. *ped. ad AC* $20\frac{8277640}{11586118}$ *ped.*

Vel deniq;:

Vt AB, secans compl. 19800810 *ad AC, tang* 17090116.
ita AB, 24. *ped. ad AC,* $20\frac{14146584}{19800810}$ *ped.*

¶ Sic si dato latere AC, $20\frac{7144456}{10000000}$ pedum, quæratur latus BC, quot pedum? dixero.

Vel:

Vel:

*Vt AC,sin.*8631019.*ad BC,sin.*5050298.
*ita AC,*20$\frac{7144456}{10000000}$*ped. ad BC,* 12$\frac{1041895}{8631019}$*ped.*

Vel:

Vt AC,radius 10000000 *ad BC,tang.* 5851335.
*ita AC,*20$\frac{7144456}{10000000}$*ped.ad BC,* 12$\frac{1357150}{10000000}$*ped.*

Vel deniq;:

*Vt AC,tangens compl.*17090116.*ad BC,rad.*10000000.
*ita AC,*20$\frac{7144456}{10000000}$*ped.ad BC,* 12$\frac{2065305+}{17090116}$*ped.*

Prudens autem logista in serio trigonometriæ usu semper eam proportionem ad calculum adhibebit, quæ habeat radium primo loco: ad molestum divisionis laborem evitandum.

Consectarium secundum.

Datis duobus quibuscunq; lateribus, datur uterque acutorum, duplici proportione: prout scilicet vel hoc vel illud datorum duorum laterum pro radio posueris.

Vt, in triangulo plano rectangulo ◡*ABC. Si dentur duo latera rectū non includentia,* ◡*AB, & BC: illud* 5. *hoc* 3. *pedum: quærantur autem acuti ad* ◡*A & B, dixero,*

Vel:

Vt ◡*AB,* 5. *ped. ad BC,* 3. *ped. ita* ◡*AB, rad.* 10000000 *ad BC, sinum anguli BAC,* 6000000, *cui sinui in sinistro canonis margine respondet angulus BAC,* 36. *grad.* 52. 12. *& in dextro margine sinus complementi* ◡*ABC,* 53 *gr.* 7′. 49″.



Vel:

Vt BC, 3. ped. ad ◡AB, 5. ped. ita BC, rad. 10000000. ad ◡AB, secantem anguli ◡ABC, 16666666, cui secanti in dextro canonis margine respondet angulus 53. gr. 7'. 48''. & in sinistro margine angulus complementi 36. gr. 52'. 12''.



¶ *Sic, in eodem triangulo plano rectangulo ◡ABC. Si dentur duo latera circa rectum ◡AC, & BC, illud 4. hoc 3. pedum: quærantur autem acuti ad ◡A & B. dixero.*

Vel:

Vt ◡AC, 4. ped. ad BC, 3. ped. ita AC, radius 10000000. ad BC, tangentem anguli BAC, 7500000, cui tangenti in sinistro Canonis margine respondet angulus BAC, 36. gr. 52'. 12''. Et in dextro margine angulus complementi 53. gr. 7'. 48''.



Vel:

Vt BC, 3. ped. ad ◡AC, 4. ped. ita BC, radius 10000000. ad ◡AC, tangentem anguli ◡ABC, 13333333. Cui tangenti in dextro Canonis margine respondet angulus ◡ABC, 53. gr. 7'. 48''. Et in sinistro margine angulus complementi 36. grad. 52'. 12''.



NOTA. Antequam tabulæ tangentium repertæ essent, datis duobus lateribus circa rectum, anguli acuti cum latere tertio

tertio ita inveniebantur. Primum quadrabantur latera circa rectum AC, & BC. Et è ſumma duorum illorum quadratorum extrahebatur radix: quæ radix erat latus AB, per penultimam primi Euclidis, h. e. per 50. primi noſtri.



Deinde habito latere AB, ita dicebatur:

Ut AB, latus ad BC, latus: ita AB radius ad BC, ſinum anguli BAC: quo noto notus erat etiam angulus ABC. Nunc iſtis ambagibus non eſt opus.

AXIOMA SECUNDUM.

In triangulis planis univerſis.

Latera ſe habent ad invicem, ut ſinus angulorum ipſis oppoſitorum.

Sinus enim ſunt ſemiſſes ſubtenſarum. Atqui latera trianguli plani cujuſvis habent ſe ad invicem, ut ſubtenſæ angulorum ipſis oppoſitorum. *Ergo etiam ut ſemiſſes ſubtenſarum. Nam, quæ eſt ratio totius ad totum, eadem eſt ratio dimidii ad dimidium: ut libro ſecundo, propoſitione 19. oſtendimus: & natura ipſa dictat.*

Cæterùm, quod latera cujuſvis trianguli plani ſe habeant ad invicem, ut ſubtenſæ angulorum ipſis oppoſitorum, *inde patet: quia cuivis triangulo plano circulus circumſcribi poteſt: Centro ex tribus trium angulorum punctis inquiſito.*

Quod ſi fiat, latera trianguli plani jam reipſa ſunt ſubtenſæ angulorum ipſis oppoſitorum: hoc eſt, arcuum, qui angulos illos obeunt, & ſunt duplæ eorum menſuræ: per 53. p. 1.

Vt, ſi

Vt, si triangulo plano ABC, circumscribatur circulus ABC, latus AB, fit subtensa anguli ACB, hoc est, arcus AB, qui angulum ACB, obit. Latus BC, fit subtensa anguli BAC, hoc est, arcus BC, qui angulum BAC, obit. Latus denique AC, fit subtensa anguli ABC, hoc est, arcus AC, qui angulum ABC, obit.



Ergo latus AB, habet se ad latus BC: ut subtensa anguli ACB, ad subtensam anguli BAC, &c. quod demonstrandum erat.

CONSECTARIUM PRIMUM.

Datis igitur angulis, datur ratio laterum.

Et per consequens:

Dato præter angulos unico latere, datur reliquorum laterum quodlibet.

Vt, in triangulo plano obliquangulo ABC, datis angulis ad A, 20. gr. 10'. ad C, 60. gr. 23'. atque adeo ad B, 99. gr. 27'. per 3. consf. 40. prop. 1. data est ratio laterum hoc modo:



AB,

AB, 8693512. sinus anguli ACB, 60. gr. 23'.

BC, 3447521. sinus anguli BAC, 20. gr. 16'.

AC, 9864292. sinus anguli ABC, 99. gr. 27'. sive complementi ad semicirculum. 80 gr. 33'.

Quod si ergo praeterea detur latus unum, v. g. latus AB, 34. pedum: dabuntur etiam latera reliqua BC, & ⌣AC. Nam

I. Vt ⌣AB, 8693512. ad BC, 3447521.

ita ⌣AB, 34. ped. ad BC, $13\frac{4200058}{8693512}$ ped.

Item:

II. Vt ⌣AB, 8693512. ad ⌣AC, 9864292.

ita ⌣AB, 34. ped. ad ⌣AC, $38\frac{5032472}{8693512}$ ped.

Vel transpositis terminis intermediis.

I. Vt ⌣ACB, 8693512. ad ⌣AB, 34. ped. ita BAC, 3447521. ad BC, $13\frac{42}{87}$ ped.

II. Vt ⌣ACB, 8693512. ad ⌣AB, 34. ped. ita ABC, 9864292. ad ⌣AC, $38\frac{50}{87}$ ped.

CONSECTARIUM SECUNDUM.

Datis duobus lateribus cum angulo uni eorum opposito, datur etiam angulus alteri eorum oppositus.



Vt, in praedicto triangulo obliquangulo ABC, datis duobus lateribus, AB, 34. ped. & BC, $13\frac{4200058}{8693512}$ ped. cum angulo ACB, uni datorum laterum, nempe lateri AB, opposito, 60 grad. 23'. dabitur etiam angulus BAC, alteri datorum laterum, nempe lateri BC, oppositus. Nam per datum angulum ACB, 60. gr. 23'. datus est sinus illius anguli ⌣AB, 8693512.

8693512. Dico igitur: Vt ◡AB, latus 34. ped. ad BC, latus $13\frac{4200058}{8693513}$ ped. ita ◡AB, ſinus anguli ◡ACB, 8693512. ad BC, ſinum anguli BAC, 3447521.

Vel tranſpoſitis terminis intermediis.

Vt ◡AB, 34. ped. ad ◡ACB, 8693512. ita BC, $13\frac{4200058}{8693512}$ ped. ad BAC, 3447521.

Cui ſinui in ſiniſtro Canonis margine reſpondet angulus 20. grad. 10'. Ergo angulus BAC, eſt 20. gr 10'.

NOTA. In uſu hujus conſectarii ambiguitas incidere poteſt: Si videlicet dentur duo latera, quorum alterum ſit latus maximum; unà cum angulo, minori datorum laterum oppoſito: & quæratur angulus maximo datorum laterum oppoſitus. Quia enim is angulus poteſt eſſe, vel acutus, vel obtuſus: utriuslibet autem ſinus eſt idem: per 1. conſ. 12. p. 2. invento ſinu anguli quæſiti, dubium eſt, an is ſinus indicet angulum acutum, an obtuſum.



Vt, in triangulo obliquangulo ◡ABC, ſi dentur duo latera ◡AC, 22. ped. & BC, 10. ped. unà cum angulo BAC, 24. gr. 50'. 10''. & quæratur angulus ◡ABC, maximo lateri ◡AC, oppoſitus: Si dixero.

Vt latus

Vt latus BC, 10 ped. ad latus AC. 22. pedum: ita BC, sinus anguli BAC, 4200241. ad AC, sinum anguli ABC, prompte quidem invenero sinum AC, 9240530. At, quia is sinus, est sinus & acuti ADC, 67. gr. 31. 34. quem arcus ABC. obit; & obtusi, ABC, 112. gr. 28. 26. quem arcus ADC obit: dubium est, an angulus, per sinum illum indicatus sit obtusus 112 gr. 28. 26. an acutus 67. grad. 31. 34. Neq. aliter dubium hoc tolli potest, quam, si præter reliqua tria data. (quæ non minus in acutangulo ADC, quam in obtusangulo ABC, inesse possunt: positis nimirum lateribus BC & DC, atque adeo etiam angulis BAC & DAC, æqualibus) simul etiam hoc detur, vel ex accurata trianguli solvendi delineatione perspiciatur, utrum angulus quæsitus sit obtusus, an acutus.

AXIOMA TERTIUM.

In Triangulis planis universis:

Ut summa duorum laterum ad differentiam eorundem: ita tangens dimidii summæ duorum angulorum oppositorum, ad tangentem differentiæ infra, vel supra dimidium.

DECLARATIO. *In Triangulo plano obliquangulo ABC, dico tangentem dimidii summæ duorum angulorum ad A & B, esse ad tangentem differentiæ anguli B, supra, & anguli A, infra dimidium: Vt*



est summa duorum laterum BC, & AC, angulis illis oppositorum, ad differentiam eorundem.

DEMONSTRATIO. *Descripto enim quadrante ABC, statuantur anguli DAE; & EAC, angulis prioris schematis ABC, & BAC, æquales. Ac proinde, sit summa duorum illorum angulorum, angulus*

DAC. Dimidium illius summæ sit DAF, vel FAC. Differentia anguli DAE, supra dimidium DAF, vel anguli EAC, infra dimidium FAC, sit angulus FAE. Subtensa summæ duorum angulorum sit recta DC. Sinus anguli majoris DAE, sit recta DG. Sinus anguli minoris EAC sit recta CH. Tangens dimidii summæ duorum angulorum



sit FM, vel FK. Tangens differentiæ infra, vel supra dimidium sit FE. Iam Triangula GDP, & CPH, sunt æquiangula per 4.c.49.p.1.

Propter æquales DPG, & CPH, per 13 p.1. & rectos ad G & H, per 3. c.7.p.2. Ergo in hoc secundo schemate:

Vt PD, ad GD, ita PC, ad CH, per 46.p.1.

Sicut in primo:

Vt AC, ad ABC, ita BC, ad BAC, per axioma secundum. Latera igitur DP, & PC, prorsus eandem habent rationem in secundo schemate: quam latera AC & BC, in primo schemate. Quare rectam DC, pro summa datorum duorum laterum AC & BC, partes verò DP & PC, pro ipsis duobus lateribus AC & BC, assumere licet. Quo posito, NP, est differentia duorum laterum. Latera autem ibi AC & BC, hic DP & PC data sunt. Data igitur est etiam differentia eorum laterum NP, & ejus differentiæ dimidium OP. Porro, quia Triangula composita AKLFEM, & ADNOPC, sunt undiq; æquiangula: propter parallelas DC & KM.

Ideo

Ideo & latera & laterum segmenta habent proportionalia, per 46. & 47. p. 1. Ac proinde:

Vt DC, summa duorum laterum: ad NP, differentiam eorundem:

Ita KM dupla tangens dimidii summæ duorum angulorum, ad LE, duplam tangentem differentiæ infra, vel supra dimidium.

Vel:

Vt OC, dimidium summæ duorum laterum ad OP, dimidium differentiæ eorundem:

Ita FM, tangens dimidii summæ duorum angulorum oppositorum ad FE, tangentem differentiæ infra, vel supra dimidium.

Vel:

Retentis prioribus quidem duobus proportionis terminis integris: posterioribus verò dimidiatis: compendiosioris calculi gratia,

Vt DC, summa duorum laterum ad NP, differentiam eorundem: ita FM, tangens dimidii duorum angulorum oppositorum ad FE, tangentem differentiæ infra, vel supra dimidium. Nam ut totum ad totum: ita pars ad partem. Ergo ut tota KM, ad totam LE, ita dimidia FM, ad dimidiam FE.

CONSECTARIUM.

Igitur in Triangulo plano obliquangulo, datis duobus lateribus, cum angulo ab ipsis comprehenso: dantur etiam reliqui duo anguli.



 Vt, in

Vt, in triangulo plano obliquangulo ABC, datis duobus lateribus ∠AB, 6. & BC, 3. pedum, unà cum angulo ABC, 107. gr. 30'. dabuntur etiam anguli BAC, & BCA, hoc modo.

Summa laterum datorum est 9. differentia 3.

Summa angulorum ad ∠A & C est 72. gr. 30'. per 49 p. 1.

Dimidium illius summæ, 36. gr. 15'. Ejus tangens 7332303.

Dico igitur:

Vt summa datorum laterum 9. ad differentiam eorundem 3. ita tangens dimidii summæ angulorum oppositorum 7332303. ad 2444101. tangentem arcus 13. grad. 44'. 4". differentiæ anguli ∠A infra, & C supra dimidium.

Ergo erunt:

	36. gr. 15'. 0".		*36. gr. 15'. 0".*
Subtr. 13.	*44. 4.*	*Adde. 13.*	*44. 4.*
Angulus BAC	*22. gr. 30'. 56".*	*Angulus BCA. 49.*	*59. 4.*

AXIOMA QUARTUM.

In Triangulis planis universis:

Ut latus maximum ad ſummam reliquorum laterum, ita differentia reliquorum laterum, ad ſegmentum lateris maximi: quo demto, in relicti dimidium perpendiculum cadit.



DECLA-

DECLARATIO. *Sit Triangulum obliquangulum ABC, eiusq; latus minimum AC, maximum BC. Radio lateris minimi AC, centro A describatur circulus CDEF, secans reliqua duo latera in punctis E & F. Et latus AB, porro producatur in D. Eritq; BD, summa laterum AB & AC. Nam AC & AD, æquantur per structuram, BE, vero erit differentia laterum AB & AC. Nam AE & AC, rursus æquantur per structuram. Dico*

Primum esse, ut CB, ad BD, ita EB ad BF.

Deinde, perpendiculum AG, bisecare rectam FC.



DEMONSTRATIO. *Nam, quod ad primum attinet, Rectangula æqualia habent latera reciproce proportionalia per 2.c.42.p.1 Atqui oblonga facta ex BD & BE, Item ex BC & BF, sunt rectangula æqualia. Ergo habent latera reciproce proportionalia: adeoq; ut BC, ad BD, ita BE ad BF.*

Minor

Minor probatur. Nam quæ uni sunt æqualia, etiam inter sese sunt æqualia. Atqui oblonga ex BC & BF. Item ex BD & BE, sunt æqualia uni quadrato rectæ, BK, tangentis anguli BAK. Ergo etiam inter sese sunt æqualia.

Minor rursum probatur. Ac primum quidem de oblongo BD, & BE, quod sit æquale quadrato BK, sic probatur: Si recta bisecta continuetur, oblongum continuatæ & continuationis est æquale quadrato rectæ ex bisegmento & continuatione compositæ: minus quadrato bisegmenti, per 44.p.1. Atqui ED, est recta bisecta in A & continuata ab E in B. Ergo oblongum continuatæ DB & continuationis EB, est æquale quadrato AB, minus quadrato EA, cui æquatur AK, per constructionem.

Atqui quadratum AB, minus quadrato AK est quadratum BK per 50.p.1.

Ergo oblongum BD, BE, æquatur quadrato BK.

Deinde verò, de oblongo BC, BF, quod sit æquale quadrato BK, sic probatur.

Oblongum BC, BF, est æquale quadrato BG, minus quadrato FG, per modo citatam 44 p.1.

Iam adde ad oblongum CB, BF, quadratum FG, & insuper quadratum AG.

Id si factum fuerit, oblongum BC, BF, unà cum quadratis FG & AG, erit æquale quadrato AB. Nam per additionem quadrati FG, completur quadratum BG, cui quadrato BG, si jungatur quadratum AG, conficitur quadratum AB.

Atqui quadrata FG & AG, sunt quadratum AF, per 50.p.1. cui æquatur AK, per structuram.

Ergo oblongum CB & BF unà cum quadrato AK est æquale quadrato AB. Ac proinde sine quadrato AK est æquale quadrato AB minus quadrato AK, hoc est, quadrato BK, per 50.p.1. Cæterùm, quod secundo loco proposuimus, de perpendiculo AG bisecante rectam FC, id sic probatur. Quia Triangulum FAC, est æqualium laterum FA & AC per structuram. Ergo perpendiculum AG, bisecat basin FG, per 23.p.1.

Igitur

Igitur in Triangulo obliquangulo, ut latus maximum ad summam reliquorum laterum: ita differentia reliquorum laterum ad segmentum lateris maximi; quo demto in relicti dimidium perpendiculum cadit. Quod demonstrandum erat.

CONSECTARIUM.

Datis igitur tribus trianguli plani obliquanguli lateribus, datur utrumvis segmentum maximi lateris, in quod ex angulo maximo perpendiculum cadit.

Vt, in triangulo plano obliquangulo ABC, sint data tria latera

AB, 20. pedum,

BC, 21. pedum,

AC, 13. pedum.

Quærantur autem segmenta lateris maximi BC, in quorum concursum perpendiculum cadat, nempe recta BG, & GC.



Latus maximum BC, est 21. pedum. Summa reliquorum duorum laterum est 33. pedum: differentia 7. Dico igitur:

Vt BC, latus max. 21. ped. ad BD, summam reliquorum duorum laterum. 33. ped. ita BE, differentia reliquorum duorum laterum, 7 ped. ad BF, 11. ped. quo segmento demto, de BC, 21. ped. relinquitur FC, 10. ped. Cujus dimidium est FG, vel GC, 5. ped. Ergo GC, est 5. GB, 16. pedum.

 Scholion.

SCHOLION.

Axioma quartum etiam ſic proponi poteſt.

De ſumma quadratorum baſis & cruris unius, ſubtrahe quadratum alterius cruris: relictum divide per duplam baſin, & habebis ſegmentum baſeos inter perpendiculum & crus primò ſumtum interjacens.



DECLARATIO. *Sit triangulum obliquangulum varium ABC, & ſint data latera AB, BC, & AC. Quæratur autem ſegmentum GC. inter perpendiculum BG. & crus BC. interjicens. Dico, ſi de ſumma quadratorum baſeos AC & cruris BC ſubtrahatur quadratum lateris AB, & relictum per dupla baſin AC. dividatur, exiturum eſſe ſegmentum GC.*

DEMON-

DEMONSTRATIO. *Quadratum enim lateris AB. nempe quadratum ALMB æquale est quadratis laterum AG. & BG. simul sumtis per 50. prop. 1. Iam, quadratum lateris AG, est ANFG. Quadratum lateris BG. est BDOI: positis nempe rectis BG & BD. æqualibus. Ergo, si quadratum ALMB. à summa quadratorum ARHC & BCEK. subtrahas, restabunt duo Gnomones NHG & DEI. Gnomon autem DEI æquatur quadrato lateris GC. Nam quadratum lateris BC potest quadratum laterum BG & GC. rursum per 50. prop. 1. Atqui quadratum lateris BG. de quadrato lateris BC. jam detractum est, Igitur quod remansit, est æquale quadrato lateris GC: quod quadratum si ad Gnomonem NHG. in rectam RHQ. extensum addas, efficies oblongum NCPN. quod divisum per longitudinem NC, hoc est, per duplam AC, exhibet latitudinem CP. æqualem rectæ GC. per structuram.*

ILLUSTRATIO per numeros. *Sint data latera, ut ante: AB. 20. BC. 13. AC. 21 pedum. Quæratur autem segmentum GC, quot pedum? R. 5. Totus calculus ita erit.*

	AC. 21.	BC. 13.	AB. 20.
	21.	13.	20.
	21.	39.	Q. 400.
	42.	13.	
	Q. 441.	Q. 169.	
	Q. 169.		
Summa.	610.		
	Q. 400.		
Relictum.	210.		
AC duplum.	42 (5. GC.		
	210.		

USUS PRÆCEDENTIUM AXIOMATUM:

Sive

Manuductio, qua oſtenditur, quomodo beneficio paucorum illorum axiomatum quodlibet triangulum planum ſolvi poſſit.

In triangulo quovis ſex ſunt: nempe tria latera & tres anguli. Horum tribus quibuſcunq; in triangulo plano datis, reliqua tria per præcedentia quatuor axiomata inveſtigari poſſunt: & quidem interdum variis modis: unico caſu excepto: ſi nempe ſoli tres anguli dentur.

Inde enim nullum latus inveſtigari poteſt. *Quia tres anguli trianguli unius, tribus angulis Trianguli alterius æquales eſſe poſſunt:*



etiamſi latera omnino ſint inæqualia. Vt tres anguli Triangulorum ABC & DBE ſunt æquales: propter baſes AC & DE, parallelas per 38.p.1.& tamen latera Trianguli ABC, multò ſunt majora, quam latera Trianguli DBE. Hic igitur caſus; isq; ſolus: à Trigonometria excipitur. In cæteris omnibus, ex quibuſvis tribus datis quodlibet quartum invenire licet. Quod per inductionem omnium caſuum demonſtrabimus, hoc modo.

Trian-

Triangulum planum eſt rectangulum, vel obliquangulum.

1. In Triangulo plano rectangulo: vel dantur omnes anguli (*dato nimirum unico acutorum*) cum uno latere: & quæruntur reliqua duo latera.

2. Vel dantur duo latera cum unico angulo, nempe recto; & quæruntur reliqui duo anguli; & latus tertium.

Utriq; caſui ſatisfacit axioma primum.

In triangulo plano obliquangulo:

1. Vel dantur omnes anguli: (*quoties nimirum duo dantur. Nam tertius ſemper eſt reliquorum duorum complementum ad duos rectos, per 3.c. 49. p. 1.*) cum uno latere, & quæruntur reliqua duo latera.

2. Vel dantur duo latera, cum angulo, uni datorum laterum oppoſito; & quæritur angulus alteri datorum laterum oppoſitus; unà cum latere tertio.

3. Vel dantur duo latera cum angulo ab ipſis comprehenſo; & quæruntur reliqui duo anguli, cum tertio latere.

4. Vel denique dantur omnia tria latera, & quæruntur anguli.

Prioribus duobus caſibus plenè ſatisfacit axioma ſecundū.

In tertio caſu duo anguli ignoti reperiuntur, per axioma tertium: & deinde latus tertium per axioma ſecundum.

In quarto caſu primùm fit dislocatio trianguli plani obliquanguli, in duo rectangula: dimiſſo in latus maximum perpendiculo: per axioma quartum: deinde in triangulis illis rectangulis quilibet anguli inveniuntur per axioma primum.

¶ *Sed & per ſolum primum axioma priores tres caſus expediri poſſunt. ſi modo ab angulo aliquo ignoto in latus oppoſitum ignotum vel intra, vel extra triangulum: (in quo caſu latus ignotum antea ſatis prolongandum eſt) perpendiculum dimittatur: & ita triangulum planum*

obliquangulum in duo rectangula dislocetur: sive perpendiculum cadat extra, sive intra triangulum.

(Porro hæc conditio: quod latus perpendiculum excipiens ignotum esse debeat, tantum in exemplis secundi axiomatis locum habet, in exemplis tertii axiomatis planorum non item.)



Vt 1. Si detur talis proportio: Vt ◡AB, sinus anguli ◡ACB ad BC, sinum anguli BAC, ita AB, latus ad BC, latus: per axioma secundum.

Eodem effectu dicere potes: per axioma primum:

I. Vt ◡AB, radius ad BD, sinum anguli BAD: ita ◡AB latus, ad BD latus.

II. Vt BD radius, ad BC, secantem anguli DBC, (qui est complementum anguli BCD,) ita BD, latus ad BC, latus.



2. Si detur talis proportio: Vt ◡AB, latus ad BC, latus, ita ◡AB, sinus anguli ◡ACB, ad BC, sinũ anguli BAC, per axioma secundum.

Eodem effectu dicere potes, per axioma primum.

I. Vt BC, radius ad BD, sinũ anguli BCD, ita BC, latus ad BD, latus.

II. Vt BD, latus ad AB latus: ita BD radius, ad ◡AB secantem anguli ◡ABD, cujus complementum est angulus BAD. Ipse verò angulus ◡ABD, compositus cum angulo DBC, efficit angulum ABC.

3. Si detur talis proportio: Vt summa laterum AB & AC, ad differentiam eorundem; ita tangens dimidii summæ angulorum ABC & ACB, ad

ACB, ad tangentem differentiæ infra, vel supra dimidium: per axioma tertium.

Eodem effectu dicere potes, per axioma primum.

I. Vt AB radius ad BD sinum anguli BAD, ita AB, latus ad BD latus.

II. Vt AB radius, ad AD, sinum anguli ABD, ita AB, latus ad AD, latus: unde si detrahas latus AC, restat latus DC.

III. Vt DC latus ad BD latus: ita DC, radius ad BD, tangentem anguli DCB, quo addito ad angulum BAC, & summâ detractâ de duobus rectis, relinquitur angulus ABC. Quod si præterea velis latus BC, dices itidem per axioma primum: Vt radius DC, ad secantem BC anguli DCB, ita latus DC, ad latus BC.

BAR-

BARTHOLOMÆI
Pitiſci Grunbergenſis

TRIGONOMETRIÆ

LIBER QUARTUS.

De dimenſione Triangulorum Sphæricorum.

Axiomata proportionum in Triangulis Sphæricis exiſtentium præcipua, & ad omnem eorum ſolutionem abunde ſufficientia ſunt quatuor.

AXIOMA PRIMUM.

In Triangulis Sphæricis rectangulis pluribus, acutum ad baſes eundem habentibus:

Sinus hypotenuſarum & perpendiculorum omnes ſunt inter ſeſe proportionales.

DECLARATIO. *Sit ſphæra propoſita KMFAD, & ſint in ea: horizon KMFA: polus horizontis D, circuli per polum horizontis D tranſeuntes KDF & RDC ſecantes horizontem angulis ad KRF & C rectis per 57.p.1. circulus horizonti obliquus* ◡*MEA, ſecans verticalem KDF, angulis ad E, rectis: quippe qui per ejus polos* ◡*M &* ◡*A tranſeat: per 57.p.1. ac viciſſim ab eo ſecti⁹ in duos quadrantes ME& EA per 56.p.1. In iſta ſphæra, & in iſta circulorũ cõſtitutione ſint inter alia duo Triãgula Sphærica rectangula ABC& AEF, & ſint in illis, hypotenuſæ AE& AB,* perpen-

perpendicula EF & BC, bases ◡AF & ◡AC, & acutus ad bases ◡AF, & ◡AC, idem EAF vel BAC. Deniq; sinus hypotenusarum ◡AE, & AB,



sint rectæ IE radius & GB. Sinus verò perpendiculorum EF & BC sint rectæ EN & BO, omnia per 7.p.2. Dico jam, Sinus illos hypotenusarum & perpendiculorum, nempe sinus IE, GB, EN & BO, omnes esse inter sese proportionales: adeoq; datis quibuscunq; tribus, elici posse quartum. Clarius: dico esse

Vt IE, ad EN, ita GB, ad BO, & vicissim
Vt GB, ad BO, ita IE, ad EN, & contra.
Vt NE, ad EI, ita OB, ad BG.

Vel transpositis terminis intermediis, per 42. p. 1.
Vt IE, ad GB, ita EN, ad BO, & vicissim
Vt GB, ad IE, ita BO, ad EN, & contra.
Vt NE, ad OB, ita EI, ad BG.

DEMONSTRATIO. *Si enim sinus GB & BO, connectas rectâ GO, ut fiat inde Triangulum GBO, manifestum est Triangula GBO & IEN, fore æquiangula. Primum enim, quia rectæ EN & BO, perpendiculariter cadunt in subjectum planum MFC, per thesin, & per 3. c. 12. p. 2. Ideo cum omnibus lineis in eo plano ductis constituunt angulos rectos: adeoq; anguli ENI & BOG, sunt recti. Deinde quia recta IE & GB sunt invicem parallelæ per 38. p. 1. quippe ad eandem rectam IA, normales per 3. c. 7. 2. totum autem planum MEA, ubiq; eodem angulo ad planum MFA, est inclinatum: ideo etiam parallelæ in eo ductæ IE & GB, ad parallelas IN & GO, in plano MEA, sibi subjectas eodem angulo sunt inclinatæ: atq; adeo anguli EIN & BGO, sunt æquales. Et per consequens in Triangulis IEN & GBO, jam duo sunt anguli duobus æquales. Ergo etiam tertius tertio est æqualis: per 49. p. 1. ac proinde Triangula IEN & GBO, sunt æquiangula. Quod si sunt æquiangula, etiam latera habent circa æquales angulos proportionalia, per 46. p. 1. adeoq; sunt: Vt IE ad EN, ita GB, ad BO, &c. Quod demonstrandum erat.*

ILLUSTRATIO per numeros.

Sint ergo datæ hypotenusæ AE, 90. gr. & AB, 42. gr. una cum perpendiculo EF, 48 gr. 25. m. Quæratur autem perpendiculum BC.

Arcuum datorum	*AE. 90. gr.* *AB, 42. gr.* *EF, 48. gr. 25. m.*	*Sinus sunt*	*IE 10000000.* *GB 6691306.* *EN 7479912.*

Dico igitur:

Vt IE, 10000000. ad EN, 7479912, ita GB, 6691306. ad BO, 5005038.
Atqui sinui 5005038. in tabulis respondet arcus 30. gr. 2. m.
Ergo perpendiculum BC, est 30. gr. 2. m.

Sint

Sint viciſſim datæ utræque hypotenuſæ unà cum ſuis finibus, ut ante. Sed ex perpendiculis ſit jam datum perpendiculum BC, 30. gr. 2. m. una cum ſinu ſuo BO, 5005038. Quæratur autem perpendiculum EF. Dico:

Vt GB, 6691306. ad BO, 5005038. ita IE, 10000000. ad EN, 7479912.
Atqui ſinui 7479912. in tabulis reſpondet arcus 48. gr. 25. m.
Ergo arcus EF, eſt 48. gr. 25. m.

Sint contra data utraque perpendicula EF & BC unà cum hypotenuſa majore AE. Quæratur autem hypotenuſa minor AB, Dico:

Vt EN, 7479912. ad IE, 10000000. ita BO, 5005038. ad GB, 6691306.
Atqui ſinui 6691306. in tabulis reſpondet arcus 42. gr.
Ergo hypotenuſa AB, eſt 42. gr.

AXIOMA SECUNDUM.

In Triangulis Sphæricis Rectangulis pluribus, acutum ad baſes eundem habentibus:

Sinus baſium & tangentes perpendiculorum omnes ſunt inter ſeſe proportionales.

DECLARATIO. *In priore diagrammate: & in iiſdem Triangulis AEF, & ABC, in quibus ſinus baſium AF & AC, ſunt IF & HC. Tangentes verò perpendiculorum EF & BC, ſunt LF & PC. Dico: ſinus illos baſium & tangentes perpendiculorum nempe ſinus IF & HC, & tangentes LF & PC, omnes eſſe inter ſeſe proportionales: adeoque datis quibuſcunque tribus, elici poſſe quartum. Clarius: Dico eſſe*

Vt IF, ad FL, ita HC ad CP, & viciſſim.
Vt HC, ad CP, ita IF ad FL, & contra.
Vt FL, ad FI, ita PC ad CH.

Vel transpositis terminis intermediis, per 42.p.5.



Vt IF, ad HC, ita FL ad CP, & viciſſim
Vt HC, ad IF, ita CP ad FL, & contra.
Vt LF, ad PC, ita FI ad CH.

DEMONSTRATIO. *Ductis enim rectis IL & HP, completisq; Triangulis ILF & HPC, Triangula illa ILF & HPC, erunt æquiangula. Ergo & lateribus proportionalia per 46.p. 1. Triangula autem ILF & HPC erunt æquiangula propter rectos ad F & C, & æquales ad I& H, ac proinde etiam ad L & P, per 49.p.1. Anguli porro ad F & C, nempe anguli IFL & HCP, ſunt recti: quia tangentes arcuum perpendicularium EF & BC, nempe rectæ LF & PC, ſunt in totum planum circuli*

circuli MFA perpendiculares, per thesin & per 8.p.2. Ergo etiam in lineas IF & HC, in illo plano ductas. Anguli deniq; ad I & H, nempe anguli LIF & PHC, sunt æquales: quia rectæ IL & HP, per idem planum ductæ, sunt & inter sese & ad planum circuli inclinationis KDF parallelæ. Æqualibus igitur angulis sunt ad subjectas parallelas IF & HC, inclinatæ. Quæ duæ, IF & HC, propterea parallelæ sunt: quia utraq; sunt ad rectam IA normales, per 3.c.7.p.2. Rectæ autem IL & HP, sunt parallelæ: quia sunt extremitates duorum Triangulorum ILF & HPC, quæ totis suis planis sunt invicem parallela: quippe super bases IF & HC, parallelas perpendiculariter propter tangentes CD & FL, perpendiculares.) erectæ. Rectæ deniq; IL & HP, sunt per idem planum semicirculi MBA, ductæ: quia secans quidem IL, cum secet circulum MEA, ad punctum E, non nisi per planum illius circuli incedere potest. Similiterq; secans IP, cum secet eundem circulum MEA, ad punctum B, non nisi per planum ejusdem illius circuli incedere potest. Quod planum quia planū est, ideo si extenderetur secundum lineam rectam IP, in tangentem PC, ad punctum P. incumberet: adeoq; punctū P, esset in plano circuli MEA, satis extenso, constitutum. Atqui in eodem plano etiam punctum H, est constitutum. Ergo recta PH, est linea inter duo puncta ejusdem plani interjecta: ac proinde per idem planum ducta. Quæ omnia demonstranda erunt.

ILLUSTRATIO per numeros. Sint ergo datæ bases AF, 90. gr. AC, 30. gr. 51'. 46''. unà cum perpendiculo EF, 48.2'5. Quæratur autem perpendiculum BC.

Basium	*⌒AF, 90. gr. 0'.*	*Sinus sunt.*	*10000000 IF.*
	⌒AC, 30 gr. 51'. 46''.		*5129836. HC.*

Perpendiculi FF, 48.25. Tangens est 11269872. LF.

Dico igitur:

Vt IF, 10000000. ad LF, 11269872, ita HC, 5129838. ad PC, tang. 5781.62.

Atqui Tangenti 5781262. in tabulis respondet arcus 30. gr. 2. m. Ergo perpendiculum BC, est 30.gr.2.m.

Sint vicissim datæ utraq; bases, unà cum suis sinibus, ut ante. Sed ex perpendiculis sit jam datum perpendiculum BC, 30. gr. 2'. unà cum tangente sua CP, 5781262. Quæratur autem perpendiculum EF. Dico:

Vt HC, 5129838. ad CP, 5781262, ita IF, 10000000. ad FL. tang. 11269872.

Atqui tangenti 11269872. in tabulis respondet arcus 48. gr. 25. m. Ergo perpendiculum EF, est 48. gr. 25. m.

Sint contra data utraque perpendicula EF & BC, & eorum tangentes LF & PC, unà cum basi majore AF & ejus sinu IF. Quæratur autem basis minor AC, sive potius ejus sinus HC. Dico:

Vt LF, tang. 11269872. ad FI, rad. 10000000, ita PC, tang. 5781262. ad HC, 5129838. sinum arcus 30. gr. 51'. 46''. Igitur arcus, sive basis AC, est 30. gr. 51. m. 46''.

APPENDIX. *Ex his duobus axiomatibus, & eorum declarationibus ac demonstrationibus intelliget ingeniosus lector: cur à sinibus basium ad sinus perpendiculorum, & contra, argumentari non liceat: cum tamen à sinibus hypotenusarum ad sinus perpendiculorum, & contra, argumentari liceat: quia nimirum sinus basium & perpendiculorum in eadem Triangula rectilinea non concurrunt. Quod etiam doctissimos alioqui mathematicos interdum non animadvertisse videas.*

AXIOMA TERTIUM.

In Triangulis Sphæricis universis:

Sinus laterum, sinibus oppositorũ angulorum sunt directè proportionales.

DECLARATIO. *Primùm esto Triangulum Sphæricum ABC, rectangulum ad C. Deinde continuatis lateribus AB & AC, & CB, usq; ad quadra. ut fiant AE, AF & CD, & dimissis ex polo quadrantis AF,*

nempe



nempe ex puncto D, aliis duobus quadrantibus DF, & DH, atq; ita constitutis tribus Triangulis novis: rectangulis quidem BDE & GDE, obliquangulo verò BDG. Dico.

In Triangulo sphærico rectangulo ◡ABC, esse◡:

Vt ACB, ad AB, ita ABC, ad AC, & ita BAC, ad BC.

Vel transpositis terminis intermediis, per 42. p. 1.

Vt ◡ACB, ad ABC, ita ◡AB, ad AC, &

Vt ◡ACB, ad BAC, ita ◡AB ad BC, &c.

Similiterq; in Triangulo sphærico obliquangulo BDG, dico esse◡:

Vt BDG, ad BG, ita BGD, ad BD, & ita DBG ad DG, &c.

DEMONSTRATIO. *Nam, quod attinet ad rectangulum ABC, in eo ACB & AE Itemq; BAC & EF, & ex altera parte ABC, & OP, hoc est, anguli & mensuræ illorum angulorum:*

(Nam ut EF, est mensura anguli EAF, & OP, mensura anguli ABC, ita ND, sive illi æqualis AE, vel OB, est mensura anguli ACB, per 57. p. 1.) *sunt ejusdem quantitatis.*

Ergo perinde est, sive dicam:

Vt ACB, ad AB, ita BAC, ad BC, sive◡

Vt ◡AE, ad AB, ita EF, ad BC.

Atqui hoc valet, per primum axioma sphæricorum. Ergo etiam illud.

Item

Item perinde est, sive dicam:

Vt ACB, ad ◡AB, ita ABC, ad ◡AC, sive

Vt OB, ad ◡AB, ita OP, ad ◡AC.

Atqui hoc valet, per primum axioma sphæricorum.

Ergo etiam illud.

Quæ verò conveniunt uni tertio, etiam inter se conveniunt.

Atqui per demonstrata:

Vt ACB, ad AB, ita ABC, ad ◡AC, & ita BAC, ad BC.

Ergo etiam

Vt ◡ABC, ad ◡AC, ita BAC, ad BC.

Deinde, quod attinet ad obliquangulum BDG. Quia per demonstrationem Rectangulorum sunt:

Vt DB, ad DEB, ita DE, ad DBE. Et

Vt DG, ad DEG, ita DE, ad DGE.

Vel per 1. c. 7. p. 2. ad DGB.

Ideo per terminorum proportionalium permutationem etiam erit:

Vt DG, ad DB, ita DBE, vel DBG, ad DGB, &c.

Similiterq; Si à puncto B, in S, arcus perpendicularis demittatur. Quia tum erunt:

Vt BD, ad BSD, ita BS, ad BDS. Et

Vt BG, ad BSG, ita BS, ad BGS.

Sive per 1. c. 7. p. 2. ad BGD.

Ideo etiam erit:

Vt BG, ad BD, ita BDS, sive BDG, ad DGB, &c.

Nam si sint

Vt 4. ad 12, ita 1. ad 3. Et

Vt 2. ad 12, ita 1. ad 6.

Erit etiam

Vt 2. ad 4, ita 3. ad 6.

ILLU-

ILLUSTRATIO per numeros. In triangulo igitur sphærico rectangulo ABC, primum sint data ACB, AB & ABC: in eadem quantitate, in qua pridem. Quæratur autem latus AC, angulo dato ABC, oppositum. Dico:

Vt ◡ACB, 90. gr. ad ◡AB, 42. gr. ita ◡ABC, 50. gr. 3'. 12".

10000000. 6691306. 7660422.

◡Ad ◡AC, 30. 51'. 46".

5129838.

Vel viceversa: Sint data, AB & ACB & AC. Quæratur autem ABC. Dico:

Vt ◡AB, 42. gr. ad ◡ACB, 90. gr. ita ◡AC, 30. gr. 51'.

6691306. 10000000. 5129838.

ad ABC, 7660422. Sinum arcus, vel anguli 50. grad. 3'. 12".

Deinde sint data: ACB & AB & BAC. Quæratur autem BC. Dico:

Vt ACB, 90. grad. ad AB, 42. grad. ita BAC, 48. grad. 25.

10000000. 6691306. 7479912.

ad BC, 5005038. sinum arcus 30. gr. 2'.

Vel viceversa: Sint data AB & ACB & BC. Quæratur autem BAC. Dico:

Vt AB, 42. grad. ad ACB, 90. grad. ita BC, 30. grad. 2'.

6691306. 10000000. 5005038.

ad BAC, 7479912. Sinum 48. gr. 25'.

Denique, sint data BAC, & BC & ABC. Quæratur autem AC. Dico:

Vt BAC, 48. gr. 25'. ad BC, 30. gr. 2'. ita ◡ABC, 50. gr. 3'. 12".

7479912. 5005038. 7660422.

ad ◡AC, 5129838. sinum 30. gr. 51'. 46".

Vel viceverſa: Sint data, BC & BAC & AC. Quæratur autem ABC. Dico:

Vt BC, 30. gr. 2'. ad BAC, 4 gr. 8. 25'. ita ◡AC, 30. gr. 51' 46".

5005038. 7479912. 5129838.

ad ◡ABC, 7666422. ſinum 50. gr. 3'. 12".

Similiter in Triangulo ſphærico obliquangulo BDG. Primum ſint data DBG, DG & BDG. Quæratur autem BG. Dico:

Vt DBG, 5. gr. 0. 3' 12". ad DG, 4. gr. 5. 57' 41". ita BDG 2. gr. 8. 1'. 4.

7666422. 7188714. 4730634.

ad BG, 4435860. ſinum 2 grad. 6. 19'. 58".

Deinde ſint data BG, BDG & DG. Quæratur autem DBG. Dico:

Vt BG, 26. gr. 1' 9. 58". ad BDG, 2. gr. 8. 14'. ita DG 4. gr. 5. 57'. 41".

4435860. 4730634. 7188714.

ad DBG, 7666422. ſinum 5. gr. 0. 3'. 12".

Denique, ſint data DG, DBG & DB. Quæratur autem DGB Dico:

Vt DG, 4. gr. 5. 57'. 41". ad DBG, 5. gr. 0. 3'. 12". ita DB, 5. gr. 9. 58.

718871. 7666422. 8657344.

ad DGB, 9232491. Sinum anguli obtuſi 112. gr. 35'. 40".

NOTA. In uſu hujus axiomatis eadem ambiguitas accidere poteſt, quam in uſu ſecundi axiomatis planorum accidere poſſe ſupra diximus: uti apparet ex Schemate conſimili ABCD. Ideo ne in tali caſu decipiaris, acutum pro obtuſo, aut contra, colligendo, attendas oportet.



AXIO-

AXIOMA QUARTUM.

In Triangulis ſphæricis univerſis:

Si duo latera ſigillatim quadrantibus minora, primum ipſa inter ſeſe, deinde latus minus cum complemento majoris componas; Et ſinui arcus compoſiti poſterioris ſinum complementi arcus compoſiti prioris ſubtrahas, vel ſinum exceſſus addas:

Eſt

Ut Radius ad medietatem rectæ per illam, ſive ſubtractionem, ſive additionem factæ: ita ſinus verſus anguli à dictis duobus lateribus comprehenſi ad rectam, qua ſub-



tracta de ſinu arcus compoſiti poſterioris, relinquitur ſinus complementi tertii lateris: vel de qua ſubtractus ſinus arcus compoſiti poſterioris relinquit ſinum exceſſus tertii lateris. *Vel contra:*

Vt medietas rectæ ad radium: ita recta, ex ſinu arcus compoſiti poſterioris, vel per ſubtractionem ſinus complementi, tertii lateris; vel per additionem ſinus exceſſus, ejuſdem tertii lateris, facta, ad ſinum verſum anguli à reliquis duobus lateribus comprehenſi.

DECLARATIO. *Hoc axioma varios habet caſus.*

Primùm enim, duo latera, angulum datum, aut quæſitum includentia, ſimul ſumta, vel ſunt quadranti æqualia, vel inæqualia: & hæc, minora, vel majora. Deinde angulus datus, aut quæſitus, vel eſt rectus, vel obliquus: atq; is acutus, vel obtuſus. Deniq; latus tertium, angulo dicto oppoſitum, vel eſt quadrante minus, vel majus. Tribus autem ſchematibus omnes iſtos caſus, ſatis perſpicuè, ut opinor, explicabimus.

In quorum ſingulis Triangulum obliquangulum, exempli gratia, propoſitum eſt ABC, in quo, vel data ſunt duo latera AB & BC, unà cum angulo ad B, & quæſitum latus tertium AC, vel data ſunt omnia tria latera, & quæſitus angulus lateri tertio AC, oppoſitus. Porrò, duorum laterum AB & BC, datum, vel quæſitum angulum (qui ſemper ſtatuitur ad B) includentium, latus minus eſt ◡AB, latus majus BC. Lateri minori AB, eſt æqualis arcus GN, per ſtructuram. Lateri majori BC, abſcindantur de circulo DAB, arcus æquales BF & BD, per parallelum polo B, expanſione circini BC, in ſuperficie globi deſcriptum: cujus paralleli diameter eſt DCF, circumferentia in primo tantum ſchemate notata DXF, puncto ſuo X, in globo concurrens cum puncto C, circuli maximi BC. Et in illo ipſo parallelo DXF notetur menſura anguli ad B, arcus DX, per 6.p.1. ejuſq; ſinus rectus XC, per 7.p.2. & ſinus verſus, DC, per 8.p.2. Lateri deniq; tertio AC itidem abſcindantur de circulo DAB arcus æquales AK & AM, per parallelum KCM, polo A, expanſione circini ◡AC, in ſuperficie globi deſcriptum. His ita præſtructis, pri-

ctis, primùm componantur duo latera AB & BC, vel BF, datum, vel quæsitum angulum ABC, includentia: & sit arcus compositus prior



AF, in primo schemate quadranti AQ, æqualis: in secundo minor: in tertio major. Ac notetur in secundo, vel tertio schemate sinus complementi, vel excessus VF. Deinde latus minus AB, hoc est, per structuram GN, componatur cum complemento lateris majoris GD, & sit arcus compositus posterior DN, ejusq; sinus rectus DP. De quo sinu DP, subtrahatur in secundo schemate sinus complementi VF, vel PR. In tertio verò schemate ad eundem sinum DP, addatur sinus excessus VF, vel PR, ut innotescat recta DR, quæ juncta cum recta DF, per rectam RF, constituat Triangulum planum rectangulum DRF, per cujus medium ducatur recta TE, bisecans rectam DF in E, per structuram:



ram: adeoq; etiam rectam DR, per 45. p. 1. & constituens Triangulum DTE, æquiangulum Triangulo DRF, per 38. p. 1.

Quo Triangulo DTE, constituto: Dico quod sit:

Vt radius ED, ad medietatem rectæ DR, nempe ad rectam DT, ita sinus versus anguli ∠ABC, nempe recta DC, ad rectam DL, quâ demtâ de sinu arcus compositi posterioris DP, relinquitur recta LP, sive per 39. p. 1. KO, sinus rectus arcus KN, sive CS, complementi tertii lateris ∠AC.

Et contra:

Vt medietas rectæ DT, ad radium DE, ita recta DL, post subtractum sinum complementi tertii lateris de sinu DP reliqua, ad sinum versum DC, &c.

DEMONSTRATIO. Triangula enim TDE, & LDC, sunt æquiangula:

angula: per ſtructuram, & per 38 p. 1. Ergo latera habent circa æquales angulos proportionalia, per 46 p. 1. Nec obſtat, quod rectæ DC & DE, ſunt in minores partes diſtributæ, quam rectæ DL & DT, propter radium DE, minorem radio HG, cum quo radio HG, in partes æquales diviſæ ſunt rectæ DL & DT. Nam in quaſcunq; partes unum, vel alterum latus in Triangulo plano dividatur: modo latus homogeneum cum homogeneo, hoc eſt, hypotenuſa cum hypotenuſa, perpendiculum cum perpendiculo, & baſis cum baſi in eaſdem partes dividatur: nihil intereſt. Verbi gratia, in Triangulis ◡ABC & DBE, nihil intereſt, ſive dicam,

Ut ◡AB, 10. ad DB, 5. ita BC, 3. ad BE, $1\frac{1}{2}$.

Sive:



Ut ◡AB, 5. ad DB, $2\frac{1}{2}$. ita BC, 3. ad BE, $1\frac{1}{2}$.

CONSECTARIUM. Ex hac declaratione & demonſtratione patet: Si angulus datus ad B, ſit rectus: ejuſq; ſinus verſus EB, radius: in eo caſu nulla, vel diviſione, vel multiplicatione opus eſſe: ſed per ſolam additionem & ſubtractionem ſinum complementi tertii lateris reperiri poſſe. Quod compendium calculi Trigonometrici quovis auro eſt precioſius. Et etiamnum compendioſius fieri poteſt: ſi in ſecundo ſchemate ſinus VF, non ſubtrahatur de ſinu DP, ſed è contrario addatur ad ſinum DP, recta Dr, æqualis ſinui VF. Tùm enim medietas rectæ rP, ſtatim erit ſinus TP, quæſitus. Et, ſi in tertio ſchemate ſinus VF, non addatur ad ſinum DP, ſed ex altera parte tantundem, nempe recta Dr, ab eo auferatur. Nam & tùm medietas rectæ rP, ſtatim erit ſinus TP, quæſitus.

ILLUSTRATIO PER NUMEROS. Primùm genus exemplorum: ubi datis duobus lateribus conjunctim quadranti

dranti æqualibus, unà cum angulo ab ipsis comprehenso, quæritur latus tertium: aut contra: dato etiam latere tertio, quæritur angulus ipsi oppositus. Secundum schema Num. 1.



N°. 1

I. Si angulus datus sit rectus: ejusq; sinus versus DE.

AB, 35. gr. 40'. Idem. 35. gr. 40'.

BC, 54. 20. Compl. 35. 40.

AF, 90. 0. DN, 71. 20. DP, 9473966.

DT, vel TR, 4736983. Sinus arcus 28. gr. 16'. 29". cujus complem. 61. gr. 43'. 31", est arcus AC, quæsitus.

II. Si

II. Si angulus datus sit acutus: ejusq. sinus versus DC.

AB, 35.gr.40'. Idem 35 gr.40'.
BC, 54. 20.compl.35. 40.
AF, 90. 0. DN, 71. 20. DP, 9473966.
DT, 4736983.

ABC, 50.0. Rad. DE, 10000000.
Compl.40.0. ---- CE, 6427876.
DC, 3572124.

Vt ED, 10000000. ad DT, 4736983, ita DC, 3572124. ad DL, 1692109. quo subtracto de DP, 9473966. relinquitur LP, 7781857. sinus arcus 51 gr. 5'. 41''. cuius complementum 38. gr. 54'. 19''. est arcus AC quaesitus.

III. Si angulus datus sit obtusus: ejusq. sinus versus Db.

AB, 35. gr. 40. Idem 35. 40.
BC, 54. 20. Compl. 35. 40.
AF, 90. 0. DN, 71. 20. DP 9473966.
DT, 4736983.

ABC, 112. gr. 35'.
90. 0. DE, 10000000.
22. 35. Eb, 3840267.
Db, 13840267.

Vt DE, 10000000. ad DT, 4736983, ita Db, 13840267. ad Da, 6556111. quo subtracto de DP, 9473966. relinquitur aP 2917855. sinus arcus 16. gr.. 57'. 53''. cujus complementum 73. gr.. 2'. 7''. est arcus AC, quaesitus.

IV. Si datum sit latus tertium: quod hic semper est quadrante minus. Verbi gratia. Si datum sit latus ◡AC, quæratur autem angulus ◡ABC.

AB,35.gr.40'.	*Idem 35.*	*40.*	
BC,54.	*20.compl.35.*	*40.*	
AF,90.	*0. DN,71.*	*20.*	*DP,9473966.*
AC,38.	*54'.19''.*		*DT,4736983.*
51.	*5'.41''.*		*LP,7781857.*
			DL,1692109.

Vt DT, 4736983. ad DE, 10000000, ita DL, 1692109. ad DC, 3572124, quo subtracto de DE, 10000000, relinquitur CE, 6427876, sinus arcus 40. gr. cujus complementum 50. gr. est angulus ◡ABC, quæsitus.

Secundum genus exemplorum: ubi datis duobus lateribus conjunctim quadrante minoribus, unà cum angulo ab ipsis comprehenso, quæritur latus tertium: vel contra, dato etjam latere tertio, quæritur angulus ipsi oppositus: secundum schema, Num. 2.

I. Si angulus datus sit rectus: ejusq; sinus versus DE.

AB,28.gr.15'.	*Idem 28.gr.15'.*			
BC,40.	*30. Compl.40.*	*30.*		
AF,68.	*45.*	*DN,77.*	*45.*	*DP,9772311.*
FQ,21.	*15.*	*FV, vel PR, vel Dr,*		*3624380.*
				Pr,13396691.
				TP,6698345.

Sinus

Sinus arcus 42.gr.3'.15". cujus complementum 47.gr.56'.45". est arcus ◡AC, quæsitus.



II. Si angulus datus sit acutus: ejusq; sinus versus DC.

AB, 26.gr.20'. Idem 26.gr.20'.
BC, 59.58. Compl.30. 2.

AF, 86.18. DN. 56.22. DP, 8325991.
3.42. — — — VF, 645323.
DR, 7680668.
DT, 3840334.

◡ABC, 50. 4.	10000000.	
39. 56.	6418958.	
	DC, 3581042.	

Vt DE, 10000000. ad DT, 3840334. ita DC, 3581042. ad DL, 1375239, quo ſubtracto de Dp 8325991. relinquitur LP, 6950752. ſinus arcus 44. gr. 2'. cujus complementum 45. gr. 58. m. eſt arcus ◡AC, quæſitus.

III. Si angulus datus ſit obtuſus: ejuſq; ſinus verſus Db.

AB, 26. 20.	Idem 26. 20.	
BC, 45. 58.	Compl. 44. 2.	
AF, 72. 18.	DN, 70. 22.	DP, 9418621.
FQ. 17. 42.	— — —	VF, 3040331.
		DR, 6378290.
◡ABC, 112. 35.		DT, 3189145.
90. 0.	DE, 10000000.	
22. 35.	Eb, 3840267.	
	Db, 13840267.	

Vt DE, 10000000. ad DT, 3189145, ita Db, 13840267. ad Da, 4413861: quo ſubtracto de DP, 9418621. relinquitur aP, 5004760. ſinus arcus 30. gr. 1'. 53''. cujus complementum 59. gr. 58'. 7''. eſt arcus ◡AC, quæſitus.

IV. Si datum ſit latus tertium: quod etiam in hoc genere exemplorum ſemper eſt quadrante minus. Verbi gratia. Si datum ſit latus ◡AC, quæratur autem angulus ◡ABC.

◡AB,

AB, 26.20.	*Idem 26.20.*	
BC, 59.58.	*Compl. 30. 2.*	
AF, 86.18.	*DN. 56.22.*	*DP, 8325991.*
3.42.	— — —	*VF, 645323.*
		DR, 7680668.
AC, 45.58.		*DT, 3840334.*
44.2.	— — —	*LP, 6950752.*
		DL, 1375239.

Vt DT, 3840334. ad DE, 10000000, ita DL, 1375239. ad DC, 3581042. ſinum verſum: quo ſubtracto de DE, 10000000. relinquitur CE, 6418958. ſinus rectus anguli CBE. 39. gr. 56'. cujus complementum 50. grad. 4. m. eſt angulus ◡ABC, quaſitus.

Tertium genus exemplorum: ubi datis duobus lateribus conjunctim quadrante majoribus, unà cum angulo ab ipſis comprehenſo, quæritur latus tertium: vel contra; dato etjam latere tertio, quæritur angulus ipſi oppoſitus, ſecundum ſchema, Num. 3.

I. Si angulus datus ſit rectus, ejuſq; ſinus verſus DE.

AB, 40. 6.	*Idem 40. 6.*	
BC, 72.12.	*Compl. 17. 48.*	
AF, 112.18.	*DN, 57.54.*	*DP, 8471219.*
QF, 22.18.	*VF, vel PR, vel*	*Dr, 3794562.*
		rP, 4676657.
		TP, 2338328.

Sinus arcus 13. gr. 31'. 22''. cujus complementum ◡AC, 76. gr. 28'. 38''. eſt latus tertium quaſitum.

II. Si angulus datus sit acutus: ejusq; sinus versus DC.



AB, 45.58 *Idem* 45.58.
BC, 59.58. *Compl.* 30.2.

AF, 105.56. *DN*, 76.0. *DP*, 9702957.

QF, 15.56. — — — *VF*, 2745187.

DR, 12448144.

ABC, 28.14. *DE*, 10000000. *DT*, 6224072.
61.46. *CE*, 8810284.

DC, 1189716.

Vt DE,

Vt DE, 10000000. ad DT, 6224072. ita DC, 1189716. ad DL, 740458, quo ſubtracto de D P 9702957. relinquitur LP, 8962469, ſinus arcus 63. gr. 40'. 8''. cujus complementum 26. gr. 19'. 52''. eſt latus ◡AC, quæſitum.

III. Si angulus datus ſit obtuſus: eiuſq. ſinus verſus Db.

AB, 45. 58.	Idem 45. 58.		
BC, 59. 58.	Compl. 30.	2.	
AF, 105. 56.	DN, 76.	0.	DP, 9702957.
QF, 15. 56.	— —	—	VF, 2745187.
◡ABC, 112.	35.		DR, 12448144.
Exc. 22.	35. Db, 13840267.		DT, 6224072.

Vt DE, 10000000. ad DT, 6224072, ita Db. 13840267. ad Da, 8614282 quo ſubtracto de DP, 9702957. relinquitur a P, 1088675. ſinus arcus 6. gr. 15'. cujus complementum 83. gr. 45. m. eſt ◡AC, latus tertium quæſitum.

IV. Si angulus datus ſit obtuſus, ejuſq. ſinus verſus Db.

AB, 45. 58.	Idem 45. 58.		
BC, 59. 58.	Compl. 30.	2.	
AF, 105. 56.	DN, 76.	0.	DP, 9702957.
QF. 15. 56.	— —	—	VF, 2745187.
			DR, 12448144.
◡ABC, 170.			DT, 6224072.
90.			
Exc. 80.	Db, 19848077.		

Vt DE, 10000000. ad DT, 6224072, ita Db, 19848077 ad Dg, 12353586 de quo ſubtractus ſinus DP, 9702957 relinquit Pg, 2650629 ſinus arcus 15 gr. 22'. 14''. qui additus ad quadrantem 90. gr. conſtituit AC, latus tertium quæſitum, 105. gr. 22'. 14''.

NOTA.

NOTA. Si quartus numerus in hoc casu idem reperiatur cum sinu DP, quomodo reperiretur ex sinu verso: DI: indicio est, tertium latus esse quadrantem: quia nullum habet sinum complementi, vel excessus. Nam, si DP, subtrahas à DP, restat nihil.

V. Si latus tertium datum sit quadrante minus: ejusq; complementi sinus LP.

AB, 45.58	*Idem* 45.58.	
BC, 59.58.	*Compl.* 30. 2.	
AF, 105.56.	*DN*, 76.0.	*DP*, 9702957.
QF, 15.56.	— — —	*VF*, 2745187.
		DR, 12448144.
AC, 26.20.		*DT*, 6224072.
59.58.	— —	*LP*, 8962469.
		DL, 740488.

Vt DT, 6224072. ad DE, 10000000, ita DL, 740488. ad DC, 1189716, quo subtracto de DE, 10000000, restat CE, 8810284. sinus anguli CBE, 61.46. cujus complementum 28.14. est angulus ∠ABC, quæsitus.

VI. Si latus tertium datum sit quadrante majus: ejusq; excessus sinus Pg.

AB, 45.58.	*Idem* 45.58.	
BC, 59.58.	*Compl.* 30. 2.	
AF, 105.56.	*DN*, 76. 0.	*DP*, 9702957.
QF, 15.56.	— — —	*VF*, 2745187.

∠AC,

AC,105.gr. 22'. *DR,12448144.*

Exc. 15. 22. Pg,2650620. *DT,6224072.*

DP,9702957.

Dg,12353586.

Vt DT,6224072 ad DE,10000000, ita Dg,12353586 ad Dh,19848077 sinum versum anguli ABC, quæsiti 170. grad.

USUS PRÆCEDENTIUM AXIOMATUM.

Sive:

Manuductio, qua ostenditur, quomodo beneficio illorum quatuor axiomatum, quæ hactenus explicata sunt, quodlibet quæsitum in quovis Triangulo Sphærico, quam facillime reperiri possit.

Principio memento, Triangulum sphæricum aliud esse rectangulum, aliud obliquangulum. Et rectangulorum aliud habere tres, aliud duos, aliud unicum rectum.

Si igitur Triangulum sphæricum rectangulum habeat tres rectos: datis tribus illis rectis, etiam latera ipsorum data sunt: & contra, per 68 p.1.

Si Triangulum sphæricum rectangulum habeat duos rectos: datis duobus illis rectis data sunt etiam duo latera, duobus illis rectis opposita: nempe duo quadrantes, per 68. p. 1. Quod si præterea etiam detur latus tertium, vel angulus tertius: dato horum alterutro, etiam alterum datum erit: cum latus tertium angulo tertio quadrantetenus oppositum, nihil aliud sit, quàm anguli illius mensura per 58 p.1.

In his igitur duobus casibus nulla Trigonometria est opus. At si Triangulum sphæricum rectangulum tantum unicum habeat rectum, cæteros duos obliquos, in eo casu Trigonometria sæpe requiritur.

Cum autem triplex sit hujusmodi Triangulum sphæricum rectangulum. Vel enim anguli reliqui duo ambo sunt acuti, vel ambo obtusi, vel alter obtusus, alter acutus, per 63. p. 1. Axiomata nostra, non nisi eorum solutionem ostendunt: quæ duos habent præter rectum acutos: ac proinde latera singula quadrantibus minora, per 65. p. 1.

Quod si igitur solvendum tibi detur Triangulum sphæricum rectangulum cum duobus obtusis: aut cum uno obtuso & altero acuto: aut cum lateribus duobus sigillatim quadrante majoribus: pro eo Triangulo solvas Triangulum minus ipsi oppositum. Ut

Si detur tibi solvendum Triangulum BDC, rectangulum ad D, & obtusangulum ad B & C, pro eo solvas Triangulum ◡ABC, Triangulo BDC, ex angulo D, oppositum. Quibuscunq; enim tribus in Triangulo BDC, datis: etiam tria in Triangulo ◡ABC, data erunt: cum an-



guli ad A & D, sint æquales per 59. p. 1. latera vero ◡AB & ◡AC, laterum BD & CD, obtusi deniq; ad B & C, acutorum ad B & C, complementa, per 60. & 21. p. 1.

Simi-

Similiter si detur tibi solvendum Triangulum CED, rectangulum ad D, obtusangulum ad E, & acutangulum ad C, pro eo solvas Triangulum EDF, Triangulo ECD, ex angulo C, oppositum.

Si verò solvendum tibi detur Triangulum sphæricum rectangulum, cum duobus acutis: aut cum lateribus omnibus sigillatim quadrante minoribus: in illo nihil quæri poterit: quod non beneficio paucissimorum nostrorum axiomatum: ex tribus quibuscunque datis unica, vel multiplicatione, vel divisione: aut interdum etiam sine omni, tàm multiplicatione, quàm divisione, per solam additionem, & subtractionem reperias: modo hoc observes: ut si in ipso Triangulo proposito idonea ad solutionem proportio inter data & quæsita non appareat, mox singula ejus latera, usque ad quadrantes continues: & totam figuram quadrante claudas. Id enim si feceris, in complementis datorum & quæsitorum laterum & angulorum certissimè reperies proportionem aliquam tuo instituto inservientem.

Verbi gratia. Si in Triangulo ◡ABC, ex datis latere ◡AB, & angulis BAC, & ◡ACB, quæratur latus ◡AC, quia nulla in his datis & quæsitis proportio apparet, cujus mentio facta sit in axiomatibus proportionum: ideò latera singula usque ad quadrantes continues, & totam figuram quadrante DF, claudas hoc modo.

Qua continuatione facta in Triangulis BDE & CDF, apparet talis proportio: de quali actum fuit axiomate secundo. Per istud igitur axioma sic concludes:

Vt ſinus baſis DE, ad tangentem perpendiculi EB, ita ſinus quadrantis DF, ſive radius ad tangentem FC, cuius complementum eſt arcus AC, quæſitus.



Similiter, *Si in Triangulo ABC, dati ſint omnes anguli: quæratur autem perpendiculum BC, quia in his datis & quæſitis nulla apparet proportio: ſecundum noſtra quidem axiomata: ideo Triangulum ABC, continues hoc modo:*

Quo facto erit in Triangulo DEB ut DBE ad DE, ita DEB ad DB, per axioma tertium: quo DB noto, notum eſt etiam ejus complementum BC.



Quod ſi prima continuatio non ſuffecerit: etiam ſecundam adhibeas licet: ut factum vides in hoc exemplo: ubi ad quærendam ex datis tribus angulis hypotenuſam prima continuatio non ſuffecit. Secundam igitur aſcivimus: hoc eſt: con-

continuavimus etjam Triangulum BDE, ut pridem continuaveramus Triangulum ABC, quo facto, apparuit eſſe,

Vt HI, tangens ad IB, radius ita DE, tangens ad EB ſinum, per axioma ſecundum, cuius BE, arcus complementum eſt hypotenuſa AB, quæſita.



DE OBLIQUANGULIS.

Atq; hæc de rectangulis. De obliquangulis ab initio idem ferè monendus es, quod de rectangulis: nempe, ſi ſolvendum tibi detur Triangulum obliquangulum, laterum ſigillatim quadrantibus majorum: pro eo ſolvas Triangulum ipſi oppoſitum: quod laterum ſit ſigillatim quadrantibus minorum. Quam oppoſitionem didiciſti lib. 1. prop. 60. Nam axiomata proportionum noſtra: etſi quodammodo generalia eſſe poſſint: præcipuè tamen accommodata ſunt ad ea Triangula, quorum latera ſingula, vel certè duo principalia (quæ nimirum angulum datum, aut quæſitum includunt) ſigillatim ſint quadrantibus minora.

Horum igitur quædam abſq; reductione ad rectangula ſolvi poſſunt: quædam abſq; reductione ad rectangula ſolvi non poſſunt.

Abſque reductione ad rectangula ſolvi poſſunt, quæ tertio, vel quarto proportionum axiomati conveniunt. Tertio proportionum axiomati conveniunt, in quibus, vel ex datis duo-

bus lateribus cum angulo uni eorum oppoſito, angulus alteri eorum oppoſitus: vel contra ex datis duobus angulis, cum latere uni eorum oppoſito, latus alteri eorum oppoſitum inquiritur. Ut in iſtis:

In quibus eſt: ut GIH, ad GH, ita HGI ad HI.
Et ut KL ad KML, ita KM, ad
KLM.

Quarto proportionum axiomati conveniunt, quædam per ſe, quædam per accidens.

Quarto proportionum axiomati per ſe conveniunt: in quibus, vel ex datis duobus lateribus ſigillatim quadrante minoribus, unà cum angulo ab ipſis comprehenſo, latus tertium: vel contra ex datis omnibus tribus lateribus, angulus quiſpiam à duobus lateribus ſigillatim quadrante minoribus, comprehenſus, inquiritur. Ut in iſtis:

In



In quorum poſterioribus duobus: quæ latus GH & KL, habent quadrante majus : ſi talis inſtituatur inquiſitio, qualem ſequentes notæ indicant.





Quia sic duo latera angulum datum, vel quæsitum includentia non sunt utraque sigillatim quadrantibus minora: ut axioma quartum requirit. Pro Triangulo GHI vel KLM, solvas Triangulum HNO vel LPQ, in quo utrovis, duo latera angulum datum, vel quæsitum includentia juxta præceptum quarti axiomatis, sigillatim sunt quadrantibus minora.

Quod si latus GH vel KL, sit quadrans: non necesse est, ut solvas Triangulum obliquangulum GHI vel KLM. Sed solvere poteris rectangulum, quod tali obliquangulo semper adjacet: ut ex sequentibus tribus schematibus apparet.



In quibus si latus minus GI vel KM continues usq; ad quadrantem GR vel KS, in Triangulis GHR & KLS, anguli ad H & R, item ad L & S, erunt recti, per 68. p. 1. & latus HR, vel LS, erit mensura anguli ad G vel K, per 58. p. 1. adeoque existet inde rectangulum IHR, vel MLS, trium datorum; quo rectangulo soluto, etiam obliquangulum illi adjacens (quippe quod complementa rectanguli contineat) solutum erit.

His

His obſervatis, quartum axioma ſufficiet: neq; opus erit, ut ad ſingulos obliquangulorum caſus ſingula axiomata fabricemus: quod alioqui fieri poterat.

¶ Sed & illud hoc loco tenendum eſt: Si data quidem obliquanguli propoſiti ad quartum axioma congruant: quæſitum verò non item: Ut in iſtis.

In quorum primo quæritur angulus ad B vel C, in altero, angulus ad G vel H, principio latus BC vel GH, quærendum eſſe per axioma quartum: deinde ex illo invento, anguli quicunq; reliqui per tertium.



Atque hæc de illis obliquangulis, quæ quarto proportionum axiomati per ſe conveniunt.

¶ Quarto proportionum axiomati per accidens conveniunt: in quibus, vel ex datis tribus angulis latus aliquod, vel ex



datis duobus angulis cum latere ipſis interjacente tertius angulus inquiritur, ut in iſtis.

Quæ propterea dico per accidens convenire quarto axiomati: quia non aliter ipſi conveniunt: quam quatenus latera in angulos, & contra anguli in latera permutantur: quòd qua conditione fieri poſſit, oſtendimus lib. 1. prop. 61. quam propoſitionem qui penitus intellexerit, & animo probè infixerit, nihil hic præterea deſiderabit. In tyronum tamen gratiam, qui præcipua præceptionum momenta non ſemper obſervant, id hic repeto & inculco: in hac permutatione angulorum & laterum, pro latere maximo & angulo ipſi oppoſito ſemper complementa ad ſemicirculum eſſe ſumenda; propter cauſas ad dictam prop. 61. libri 1. oſtenſas. *Exempli gratia.*



Si in Triangulo DEF, angulos in latera & contra permutaveris, Triangulum inde tale exiſtet, quale eſt GHI. Vnde apparet ad calculum aſſumendum eſſe non ſinum verſum lateris DE, ſed complementi ad ſemicirculum: quod complementum reſpondet obtuſo HIG.

Cæterùm, quòd de illis obliquangulis monuimus, quæ per ſe quarto axiomati conveniunt: nempe, ſi data quidem axiomati quarto conveniant, quæſitum verò non item; id etiam hic locum habet.

Verbi gratia. Si in obliquangulo ◡ABC, ex datis angulis ad ◡A & B, unà cum latere AB, inquirendũ ſit latus AC vel BC, principiò quæras oportet angulum ACB, per axioma quartum: & tum deniq; latus AC vel BC, per axioma tertiũ.



Reſtant illa obliquangula; quæ neq; tertio, neq; quarto propor-

proportionum axiomati conveniunt. In quibus nempe, vel ex datis duobus lateribus, & angulo uni eorum opposito, angulus neutri eorum oppositus, aut latus angulo ignoto oppositum: vel contra, ex datis duobus angulis, & latere uni eorum opposito, latus neutri eorum oppositum, aut angulus lateri ignoto oppositus inquiritur. Hæc solvi non possunt, nisi ad rectangula reducantur. Ad rectangula autem reducuntur, per dimissionem perpendiculi. Quod perpendiculum, vel extra, vel intra Triangulum cadit. Extra Triangulum cadit: si dimittatur ab angulo acuto. Intra Triangulum cadit, si dimittatur ab angulo obtuso. Utcunq; autem cadat: semper angulo noto opponitur: & per axioma tertiũ reperitur, hoc modo.



1. *Vt ADB,ad AB,ita DAB ad DB.*
2. *Vt GHF,ad GF,ita HGF,ad HF.*
3. *Vt IMK,ad IK,ita MIK,ad MK.*
4. *Vt PQO,ad PO,ita OPQ,ad OQ.*
5. *Vt RVS,ad RS,ita VRS,ad VS.*
6. *Vt WZX,ad WX,ita ZWX,ad ZX.*

Inventis autem perpendiculis BD, FH, KM, &c. in omnibus istis obliquangulis habentur bina rectangula trium datorum : *Verbigratia. In primo genere ABD & DCB : in secundo, EFH, & GFH, & ita deinceps.* Quorum rectangulorum beneficio, quicquid in obliquangulis adjunctis requiritur, facilimè reperitur : præsertim, si latera singula usq; ad quadrantes continuentur : hoc modo.



Qua continuatione facta: Si ex datis AB, BC, BAC, quæram AC, dico per axioma primum.

I. Vt HD, ad DE, ita FA, ad ◡AE, quo subtracto de ED restat ◡AD.

II. Vt HD, ad DE, ita GC ad CE, cuius complementum est CD, quo subtracto de ◡AD, restat arcus ◡AC, quæsitus.

Sin ex iisdem datis quæram angulum ABC, dico : per axioma secundum.

I. Vt DH, ad HE, ita ◡AF, ad FE : quo subtracto de EH, restat FH.

II. Vt DH, ad HE, ita CG, ad GE, cujus complementum est GH, quo subtracto de FH, restat FG, mensura anguli ◡ABC, quæsiti.

Cætera usus te docebit.

BAR-

BARTHOLOMÆI
Pitiſci Grunbergenſis
TRIGONOMETRIÆ,
Liber Quintus.

De compendiis & varietatibus calculi Trigonometrici.

Superioribus quatuor libris neceſſaria Trigonometriæ præcepta perſecuti ſumus. Quinto hoc, & poſtremo libro, de compendiis & varietatibus calculi Trigonometrici quædam trademus: quæ, etſi neceſſaria non ſunt: uſum tamen habent in Trigonometria perjucundum.

Compendia calculi Trigonometrici præcipua ſex ſunt.

COMPENDIUM PRIMUM.

In regula proportionum: in qua ſemper debent eſſe tres termini dati:

Si primo loco ſit radius, ſecundo & tertio ſinus, & multiplicationem & diviſionem evitare.

Regula. Pro duobus præter radium datis ſinibus: ſume arcuum ſinibus iſtis reſpondentium complementa: & habebis triangulum ſphæricum rectangulum, quarto Triangulo-

rum ſphæricorum axiomati accommodatum: atq; adeo per ſolam proſthaphæreſin ſolubile.

Exempli gratia: ſi detur talis propoſitio: Vt radius AE, ad ſinum EF: ita ſinus AB, ad ſinum BC.

Pro datis ſecundo & tertio loco arcubus AB, & EF, ſume eorum complementa BE, & ED, & habebis triangulum BED, rectangulum ad E, cujus beneficio quæſitum BC, complementum lateris DB, per quartum axioma ſphæricorum ſine omni multiplicatione & diviſione inveneris.

Sit jam latus AB,	*42. gr.*
latus EF,	*48. gr. 25'.*
Ergo erunt latus BE,	*48 gr.*
latus DE,	*41. gr. 35'.*

Quibus habitis ita procedo.

DE, 41.	*35'.*	*Idem 41. gr. 35'.*	
BE, 48. gr.	*0'.*	*Compl. 42. gr. 0'.*	
89.	*35.*	*83. gr. 35'.*	*ſin. 9937354.*
0.	*25.*	*— —*	*ſin. 72721.*
			10010075.
			5005037.

Sinus arcus quæſiti BC, 30. gr. 2'.

COMPENDIUM SECUNDUM.

Si primo loco ſit ſinus: ſecundo, vel tertio radius: radio in primum locum retracto, diviſionem evitare.

REGULA.

REGULA. Pro ſinu, primo loco poſito, ſubſtitue ſecantem complementi: & negocium confectum erit.

Nam, ut ſinus ad radium: ita radius ad ſecantem complementi: v.g.

Vt BC, ſinus anguli BAC, ad ◡AB radium, ita BC, radius ad ◡AB, ſecantem complementi ◡ABC, per primum planorum.



Idem etiam ſic demonſtrari poteſt.

Vt ◡AD, ſinus anguli ◡ACD, ad ◡AC, radium, ita ◡AF, radius ad AE ſecantem complementi CAD.

EXEMPLUM. *Sit data hæc proportio. Vt ſinus arcus ◡AB, 42. gr. ad ſinum arcus BC, 30. grad. 2'. ita ſinus arcus ◡AE, hoc eſt, radius ad ſinum arcus EF.*



Pro ſinu arcus ◡AB, 42. gr. ſume ſecantem complementi 48. grad. & proportio ita habebit.

Vt radius

Vt radius 10000000. ad ſecantem 48. grad. 14944765. ita ſinus arcus BC, 30 grad. 2'. nempe 5005037. ad ſinum arcus EF, 7479910. 48. grad. 25'.



COMPENDIUM TERTIUM.

Si primo loco ſit tangens: ſecundo, vel tertio radius: radio in primũ locum retracto diviſionem evitare.

REGULA. Pro tangente primo loco poſitâ, ſubſtitue tangentem complementi: & voti compos eris.

Nam, ut tangens ad radium: ita radius ad tangentem complementi: v.g. ut BC, tangens anguli BAC, ad AC radium: ita BC, radius ad AC, tangentem complementi ABC, per primum planorum.





Idem



Idem etiam sic demonstrari potest.

Vt BC, tangens ad ◡AC, radium, ita ◡AD, radius ad DE tangentem complementi.

EXEMPLUM. *Sit data hæc proportio: ut tangens EF, 48. gr. ad radium ◡AF, ita tangens BC 30. gr. 2'. ad sinum ◡AC.*

Pro tangente EF 48. gr. 25'. substitue tangentem complementi 41. grad. 35'. Et habebis talem proportionem.

Vt radius 10000000. ad tangentem 41 grad. 35'. 8873215, ita tangens BC, 30. gr. 2'. 5781262, ad sinum ◡AC, 5129838. 30 gr. 51'. 46".



COMPENDIUM QUARTUM.

Si primo loco sit secans: secundo, vel tertio radius: radio in primum locum retracto, divisionem evitare.

REGULA. Pro secante primo loco positâ, substitue sinum complementi: & habebis proportionem, in qua radius sit primo loco.

Nam, ut secans ad radium: ita radius ad sinum complementi, v. g. ut ◡AB, secans anguli ABC, ad BC, radium: ita AB, radius ad BC, sinum complementi BAC, per primum planorum.





Idem etiam sic demonstrari potest.

Vt secans ◡AE, ad radium AF, ita radius ◡AC, ad sinum complementi ◡AD.



COMPENDIUM QUINTUM.

Si primo loco sit sinus: nusquam radius: divisionem per sinum primi loci faciendam, in multiplicationem convertere.

REGULA. Pro sinu primi loci, substitue secantem complementi: & problemati satisfactum erit.

Nam,

Nam, si detur talis proportio:

Vt AB, sinus anguli ACB, ad BC, sinum anguli BAC, ita AB latus, ad BC latus.



Dimisso perpendiculo BD: eodem effectu dixeris:

1. Vt AB radius ad BD, sinum anguli BAC, ita AB latus, ad BD latus.

2. Vt BD radius ad BC, secantem anguli DBC, complementi anguli ACB vel DCB, ita BD latus, ad BC latus. per prim. planorum.

COMPENDIUM SEXTUM.

Si primo loco sit radius: secundo, & tertio mixtim sinus & tangentes, vel secantes: per solam prosthaphæresin problema solvere.

REGULA. Tangentes & secantes habe pro sinibus: & exemplum quadrabit ad compendium primum.

Quod si tangens, aut secans habeat plures, quàm septem cyphras: ultimas septem cyphras habe pro sinu: per primam vero cyphram, aut, si plures sint, per primas, multiplica alterius dati sinum, & productum adde ad inventum compendii primi: hoc modo:

Sit data talis proportio.

Vt radius AF, ad tangentem EF, anguli EAF, 48 gr. 25'. quæ tangens est, 11269872, ita sinus arcus AC (qui arcus est 30 gr. 51'. 46".) 5129837. ad tangentem arcus BC.



Tangentis 11269872. ultimas ſeptem cyphras 1269872. habe pro ſinu: & illi ſinui competentem arcum de canone deſume 7.grad. 17'.44''. Tumq; ita procede per compendium primum.

Arcus 7.gr.17'.44''. complementum eſt 82.gr.42'.16''.

Arcus 30.gr. 51'.46''. complementum eſt 59.gr. 8'. 14''.

Ergo ſecundum quartum ſphæricorum.

Latus minus eſt 59.gr. 8'.14''.	*Idem 59.gr. 8'.14''.*	
Latus majus eſt 82.gr.42'.16.	*Compl. 7.gr.17'.44''.*	
exc. 51.50.30.	*66. 25. 58.*	*ſin. 9165916.*
		ſin. 7863064.
		1302852.
	Inventum compendii primi	*651426.*
	Cui adde ſinum alterius dati	*5129837.*

Et emerget --- quæſita tangens arcus BC,30.grad. 2 - 5781263.

NOTA. *Si data tangens talis eſſet : 21269872. poſt praxin compendii primi, per ultimas ſeptem cyphras 1269872. multiplicares ſinum alterius dati, 5129837. per 2.& productum adderes ad inventum compendii primi 651426.*

Si vero data tangens talis eſſet : 31269872. poſt praxin compendii primi per ultimas ſeptem cyphras 1269872. multiplicares ſinum alterius dati, 5129837. per 3. Si deniq; ante ſeptem ultimas eſſet 4. multiplicares 5129837. per 4. ſi 5. ſi 6. per 6. ſi 12. per 12. ſi 213. per 213. Et ſic deinceps.

Cauſa eſt : quia totus ſinus 5129837. erat per totam tangentem, 11269872. multiplicandus.

Atqui per uſum compendii primi ſinus 5129837. erat tantum multiplicatus per 1269872. Ergo reſtabat multiplicatio per 1. vel 2. vel 3. vel per quicquid ante illas ſeptem cyphras 1269872 præceſſerit. Ideo autem factus per 1. & 5129837. directe ſub inventum compendii primi, 651426. ſubſcribitur : quia illud inventum eſt productum multiplica- tionis

tionis sinuum, 5129837. & 1269872, radio divisum. Quod productum ita staret, si radio divisum non esset.

6514260000000.

Quia igitur postremus multiplicator 1. est octavo loco, sinistram versus; ideo etiam productum eius multiplicatoris, 5129837. necessario sic subscribitur, ut ultimus ejus numerus sit octavo, penultimus nono loco, & ita deinceps: hoc nempe modo,

6514260000000.

5129837. —

COMPENDIUM SEPTIMUM.

Qualiacunque sint data: per solam prosthaphæresin quæsitum invenire.

REGULA. Ut semper radium habeas primo loco: effice per compendium secundum, tertium, quartum vel quintum. Deinde cętera perage per compendium primum aut sextum.

De Varietatibus calculi Trigonometrici, in genere.

In solutione triangulorum, præcipuè sphæricorum, sæpè unum idemque quæsitum, ex iisdem datis, pluribus diversis modis inveniri potest. Cujus rei causæ sunt quatuor: quas singulas singulis theorematibus explicabimus.

Varietatis calculi Trigonometrici theorema primum.

Omnis proportio radii ad sinum, tangentem, aut secantem: & contra: tripliciter variari potest, per primum axioma planorum.

Ergo in triangulo sphærico rectangulo ABC, si ex datis BAC, 48. gr. 25'. & AB, 42. gr. quærendus sit arcus BC. Quia datur hæc proportio.

Vt AE, radius ad EF, ſinum: ita AB, ſinus ad BC, ſinum per primum ſphæricorum.

Hoc eſt

Quia in triangulo plano GBO, per iſta duo data BAC, & ◡AB, dantur omnes anguli & inſuper latus GB, ſinus nempe arcus ◡AB. Latus BO, ſinum arcus BC, tripliciter invenire poſſum.

Nempe vel ſic:



Vt GB, radius	—	—	10000000.
ad BO, ſinum anguli BAC vel BGO.	—		7479912.
ita GB, ſinus arcus ◡AB,	—		6691306.
ad BO, ſinum arcus BC.	—		5005038.

Vel

Vel sic.

Ut GB, secans anguli BGO, —	15066852.
ad BO, tangentem ejusdem anguli, —	11269872
Ita GB, sinus arcus ◡*AB,* —	6691306.
ad BO, sinum arcus BC, —	5005038.

Vel deniq; sic.

Ut GB, secans anguli GBO, —	13369141.
ad BO, radium — —	10000000.
ita GB, sinus arcus ◡*AB,* —	6691306.
ad BO, sinum arcus BC, —	5005038.

¶ *Sic in eodem triangulo sphærico ABC, si ex datis BAC, 48. grad. 25'. & ◡AC, 30. grad. 51'. 40". quæratur arcus BC. Quia datur hæc proportio.*

Ut AF, radius ad EF, tangentem: ita AC, sinus ad BC, tangentem: per secundum sphæricorum.

Hoc est:

Quia in triangulo plano HPC, per ista duo data, BAC & AC, dantur omnes anguli, & insuper latus ◡AC, latus PC: tangentem anguli BAC, vel PHC, tripliciter invenire possum. Nempe, vel sic: posito latere HC, pro radio.

Ut HC, radius — —	10000000.
ad PC, tangentem anguli PHC, —	11269872.
ita HC, sinus arcus HC, —	5129838.
ad PC, tangentem arcus ◡*AC,* —	5781202

Vel sic: posito latere PC, pro radio.

Ut HC, tangens anguli HPC, —	8873215.
ad PC, radium — —	10000000.
ita HC, sinus arcus ◡*AC,* —	5129838.
ad PC, tangentem arcus BC, —	5781202.

Vel

Vel deniq; sic: posito latere HP, pro radio.

Vt HC, sinus anguli HPC,	—	6637087.
ad PC, sinum anguli PHC,	—	7479912.
ita HC, sinus arcus ◡AC,	—	5129838.
ad PC, tangentem arcus BC,	—	5781262.

Varietatis calculi trigonometrici theorema secundum.

In regula proportionum, in qua semper sunt quatuor termini, tres dati, quartus quæsitus: perinde est, utrum duorum terminorum intermediorum secundo, vel tertio loco ponam.

Perinde enim est, sive dicam:

Vt 2. ad 4. ita 5. ad 10.

Sive

Vt 2. ad 5. ita 4. ad 10.

Hinc quodlibet exemplum primi theorematis rursum tripliciter variare possum.

Primum exemplum primi theorematis hoc erat:

Vt radius	— — —	10000000.
ad sinum anguli BAC,	—	7479912.
ita sinus arcus ◡AB,	— —	6691306.
ad sinum arcus BC,	— —	5005038.

Pro eo nunc ita dicam: adhibita rursus varietate theorematis primi.

Vel: ut radius	— — —	10000000.
ad sinum arcus ◡AB,	—	6691306.
ita sinus anguli BAC,	— —	7479912.
ad sinum arcus BC,	— —	5005038.

Vel:

Vel: ut ſecans arcus AB, —	13456327.
ad tangentem ejuſdem —	9004040.
ita ſinus anguli BAC, —	7479912.
ad ſinum arcus BC, —	5005038.

Vel deniq;: ut ſecans complementi arcus AB,	14944765.
ad radium — —	10000000.
ita ſinus anguli BAC, —	7479912.
ad ſinum arcus BC, —	5005038.

¶ *Secundum exemplum primi theorematis hoc erat:*

Vt radius — — —	10000000.
ad tangentem anguli BAC, —	11269872
ita ſinus arcus AC, —	5129838.
ad tangentem arcus BC, —	5781262.

Pro eo nunc ita dicam: adhibitâ ſimul varietate theorematis primi.

Vel: ut radius — —	10000000.
ad ſinum arcus AC, — —	5129838.
ita tangens anguli BAC, —	11269838.
ad tangentem arcus BC, —	5781262.

Vel: ut ſecans arcus AC, —	11649603.
ad tangentem ejuſdem — —	5976055.
ita tangens anguli BAC, —	11269838.
ad tangentem arcus BC, —	5781262.
Vel deniq;: ut ſecans complementi arcus AC,	19493797.
ad radium — —	10000000.
ita tangens anguli BAC, —	11269838.
ad tangentem arcus BC, —	5781262.

Varietatis calculi trigonometrici theorema tertium.

Sinus arcuum & ſecantes complementorum reciprocè ſunt proportionales.

Hoc eſt, ut ſinus arcus majoris ad ſinum arcus minoris: ita ſecans complementi arcus minoris, ad ſecantem complementi arcus majoris. Et viciſſim. Vt ſinus arcus minoris, ad ſinum arcus majoris: ita ſecans complementi arcus majoris ad ſecantem complementi arcus minoris.

Cauſa hujus reciprocationis eſt:

Quia radius eſt media proportione inter ſinum arcus & ſecantem complementi, *hoc eſt, Vt ſinus ſe habet ad radium: ita radius ad ſecantem complementi v. g.*



Vt AD, ſinus arcus BC, ad radium AC, ita radius AF ad AE, ſecantem complementi CF, per 4 ſexti Euclidis: ſive per 46. primi noſtri.

Ergo unuſquiſq; ſinus in ſecantem complementi ductus, efficit quadratum radii.

Ac proinde plana ex ſinibus arcuum & ſecantibus complementorum facta, omnia inter ſeſe ſunt æqualia: quia ſcilicet uni quadrato radii ſunt æqualia.

Atqui plana æqualia, habent latera reciprocè proportionalia per 42. primi noſtri.

Ergo, ut ſinus arcus majoris, ad ſinum arcus alicujus minoris: ita ſecans complementi arcus minoris, ad ſecantem complementi arcus majoris.

In parvis numeris hoc totum cernere perfacile eſt. Sint enim ſinus duo: 4. & 2. radius 10. Principio manifeſtum eſt, ſecantes complementorum fore 25. & 50.

Nam

Nam:

Vt 4. ad 10. ita 10. ad 25.

Vt 2. ad 10. ita 10. ad 50.

Deinde manifestum est, esse secantem complementi 2, ad secantem complementi 4, ut 4. ad 2. Nam secans complementi 2. est 50. secans complementi 4. est 25. Vt autem 4. ad 2. ita 50. ad 25.

In numeris majoribus est eadem ratio. Sint enim dati duo sinus 6691306. & 5005038. & quærantur secantes complementorum, hoc modo.

Vt 6691306. ad 10000000.
ita 10000000. ad 14944765.

Vt 5005038. ad 10000000.
ita 10000000. ad 19979868.

Manifestum est, post istam inquisitionem esse:

Vt 6691306. ad 5005038.
ita 19979868. ad 14944765.

Hinc primum exemplum primi theorematis rursum sextupliciter variare possum.

Nam si ex primo theoremate assumam proportionem istam.

Vt radius 10000000. ad sinum anguli BAC, 7479912. Inversa illa proportione dicam per hoc tertium theorema: adhibita simul varietate theorematis primi.

Vel: ut sinus anguli BAC,	—	*7479912.*
ad radium	— —	*10000000.*
ita secans complementi arcus AB,	—	*14944765*
ad secantem complementi arcus BC,		*19979868*

Vel: ut tangens anguli BAC,	—	*11269872*
ad secantem ejusdem	—	*15066852.*
ita secans complementi arcus AB,		*14944765.*
ad secantem complementi arcus BC,		*19979868.*

Vel deniq; ut radius	— —	10000000.
ad secantem complementi anguli BAC,		13369141.
Ita secans complementi arcus AB,	—	14944765
ad secantem complementi arcus BC,		19979868.

¶ *Si vero ex secundo theoremate assumam proportionem istam.*

Vt radius 10000000 ad sinum arcus ◡AB, 6691306. Inversa illa proportione dicam per hoc tertium theorema: adhibitâ simul varietate theorematis primi.

Vel: ut sinus arcus ◡AB,	—	6691306.
ad radium	— —	10000000.
ita secans complementi anguli BAC,	—	13369141.
ad secantem complementi arcus BC		19979868.
Vel: ut tangens arcus AB,	—	9004040.
ad secantem ejusdem,	—	13456327.
ita secans complementi anguli BAC,	—	13369141.
ad secantem complementi arcus BC,		19979868.
Vel deniq;: ut radius,	— —	10000000.
ad secantem complementi AB,	—	14944765
ita secans complementi anguli BAC,	—	13369141.
ad secantem complementi arcus BC,		19979868

Ita arcum BC, ex iisdem datis BAC, & AB, duodecies invenero: ter per primum: & iterum ter per secundum: & deniq; sexies per tertium theorema.

Varietatis calculi Trigonometrici theorema quartum.

Tangentes arcuum & tangentes complementorum reciprocè sunt proportionales.

Hoc est: ut tangens arcus majoris ad tangentem arcus minoris: ita tangens complementi arcus minoris, ad tangentem complementi arcus majoris. Et contra.

Ratio

Ratio reciprocationis hujus eadem est, quæ in secantibus. Quia nimirum radius est media proportione inter tangentem arcus & tangentem complementi. Nam Vt ED ad AD, ita AC ad BC, per 4. Sexti Euclidis, sive per 46. primi nostri. Cum igitur sit exempli gratia.



Vt 11269872. tangens 48. grad. 25'. ad radium 10000000, ita radius 10000000. ad tangentem complementi 8873215.

Et,

Vt 5781262. tangens 30. gr. 2'. ad radium 10000000, ita radius ad tangentem complementi 17297260.

Erit etiam:

Vt 11269872. ad 5781262.
ita 17297260. ad 8873215.

Vel viceversa:

Vt 5781262. ad 11269872.
ita 8873215. ad 17297260.

Hinc, si data tangente 11269872, quæratur tangens 5781262. missis illis possum fingere, datam esse tangentem complementi 8873215. & quæri tangentem alterius complementi 17297260. Qua fictione assumpta, proportionem secundi exempli secundi theorematis: quæ talis erat:

Vt radius 10000000. ad sinum arcus AC, ita tangens anguli BAC, ad tangentem arcus BC.

Hanc inquam proportionem inverto & dico: adhibitâ simul varietate theorematis primi.

Vel: ut sinus arcus AC,	—	5129838.
ad radium	— —	10000000.
ita tangens complementi anguli BAC,		8873215.
ad tangentem complementi arcus BC,		17297260.

 Vel

Vel: ut tangens arcus ◡*AC,*	5976055.
ad ſecantem ejuſdem	11649603.
ita tangens complementi anguli BAC,	8873215.
ad tangentem complementi arcus BC,	17297260.

Vel denique: ut radius	10000000.
ad ſecantem complementi arcus ◡*AC,*	19493797
ita tangens complementi anguli BAC,	8873215.
ita tangentem complementi arcus BC,	17297260

Et ita arcum BC, ex iiſdem datis BAC, & ◡AC, novies invenero: ter per primum, ter per ſecundum, & iterum ter per hoc quartum theorema.

DE VARIETATE CALCULI TRIGONOMETRICI IN SPECIE: CIRCA priora tria axiomata planorum.

Priora tria axiomata planorum fortaſſe rectius in unum contrahi: & ſic proponi poſſent.

Latera ſubtenſis angulorum oppoſitorum directè ſunt proportionalia.

Hoc eſt: ut ſe habet latus maximum ad latus minimum: ita ſe habet ſubtenſa anguli maximi ad ſubtenſam anguli minimi. Et ſic de cæteris.

Cauſa eſt: quia cuivis triangulo plano circulus circumſcribi poteſt. Quod ſi fiat, latera trianguli plani jam reipſa ſunt ſubtenſæ angulorum ipſis oppoſitorum: ut libro tertio, axiomate tertio, oſtendimus.

CONSECTARIUM GENERALE.

Datis igitur duorum quorumcunq; angulorum ſubtenſis, cum latere uni datorum angulorum oppoſito; datur etiam latus alteri datorum angulorum oppoſitum. Et contrà.

Datis

Datis duobus quibuſcunque lateribus, cum ſubtenſa anguli uni datorum laterum oppoſiti; datur etiam ſubtenſa anguli alteri datorum laterum oppoſiti: & per ſubtenſam angulus ipſe.

¶ *Dantur autem ſubtenſæ angulorum datorum, in triangulis planis rectangulis tripliciter: nempe*

1. Vel ſic, ut latus ſubtendens rectum ſit radius: latera includentia rectum ſinus.

2. Vel ſic, ut latus majus includentium rectum ſit radius: reliqua duo latera tangens & ſecans acuti minoris.

3. Vel deniq; ſic, ut latus minus includentium rectum ſit radius: reliqua duo latera tangens & ſecans acuti majoris.

Ut in triangulo plano rectangulo ABC, in quo latera AB, BC & AC, ſunt ſubtenſæ angulorum ipſis oppoſitorum: reſpectu circuli punctati ABC.



Si latus AB, ponas pro radio: latera BC & AC, erunt ſinus angulorum BAC & ABC: reſpectu circuli BD.

Si latus

Si latus AC, ponas pro radio, latus BC, erit tangens acuti BAC, latus AB, secans ejusdem: respectu circuli EC.

Si latus BC, ponas pro radio, latus AC, erit tangens acuti ABC, latus AB, secans ejusdem: respectu circuli CD.

¶ *At in triangulis planis obliquangulis: datis angulis dantur subtensæ angulorum uno modo tantum; nempe per sinus tantum. Tangentes enim, & secantes in triangulis planis obliquangulis locum non habent: per eorum definitiones. Sinus autem ubiq; locum habent: quia sunt semisses subtensarum, circulo inscriptarum: quales subtensæ cujusvis trianguli plani latera esse possunt: per antecedentem demonstrationem.*

¶ *Sed & non dati cujusvis anguli subtensa in triangulo plano rectangulo dari potest. Vnumquodq; enim latus trianguli plani rectanguli pro radio, hoc est, partium 10000000, poni, & sic pro subtensa anguli oppositi, etiam nondum noti, haberi potest.*

At in triangulo plano obliquangulo, anguli non dati subtensa nullo modo dari potest. Quia nullum latus trianguli plani obliquanguli pro radio poni potest. Idq; ideo: quia nullum latus trianguli plani obliquanguli diameter circuli triangulo circumscripti esse potest: per 1.c.53.p.1.

Consectaria specialia rectangulorum.

I. *Igitur, in triangulis planis rectangulis:* Dato præter angulos unico latere, datur reliquorum laterum quodlibet, triplici proportione: prout scilicet, vel latus subtendens rectum, vel majus, aut minus includentium rectum pro radio posueris.

II. Da-

II. Datis duobus quibuscunq; lateribus, datur uterq; acutorum, duplici proportione: prout scilicet, vel hoc, vel illud datorum laterum pro radio (*hoc est, pro subtensa anguli oppositi, sive noti, sive ignoti*) posueris.

Consectaria specialia obliquangulorum.

I. *In triangulis planis obliquangulis:* Dato præter angulos unico latere, datur quidem reliquorum laterum quodlibet: Sed unicâ tantum proportione, &c.

II. *Non, simpliciter datis duobus quibuscunq; lateribus:* Sed tantùm, datis duobus lateribus, cum angulo, uni eorum opposito: datur angulus alteri eorum oppositus.

Hæc deductio magis quidem methodica mihi videbatur: Sed illis discipulis meis, qui nihil non apud me poterant, ea ratio, quam libro tertio secutus sum, ad captum tyronum videbatur accommodatior.

De varietatibus calculi Trigonometrici, iterum in specie:

Circa quartum axioma triangulorum sphæricorum.

Regiomontanus & eum secuti Finckius atq; Landsbergius quartum axioma triangulorum sphæricorum ita proponunt.

Quadratum radii est ad planum sinuum rectorum, duorum laterum inæqualium: ut sinus versus anguli à dictis duobus lateribus comprehensi, ad differentiam sinuum versorum tertii lateris, & reliquorum duorum laterum differentiæ.

DEMONSTRATIO *eorum breviter hæc est.*



I. Vt GH, radius ad DE, ſinum rectum lateris majoris BC, vel BD, ita GQ, ſinus verſus anguli ABC, in diametro circuli maximi: ad DC, eundem ſinum verſum in diametro circuli paralleli. Quia in circulis inæqualibus: ut radius circuli unius ad radium circuli alterius: ita ſinus tàm recti, quàm verſi, circuli unius, ad ſinus tàm rectos, quàm verſos ſimilium arcuum circuli alterius: *v.g.*



In circulis inæqualibus BCD, & GHI, ſi arcus CD, & HI, ſint ſimiles: eſt ut radius AC, ad radium FH: ita ſinus rectus CE, ad ſinum rectum HK; & ita ſinus rectus AE, ad ſinũ rectũ FK; & ita deniq; ſinus verſus ED, ad ſinũ

verſum

versum KI, per quartam sexti, & per quintam quinti, ac undecimam septimi Euclidis; & per schema ita adjuncta.



II Vt GH, radius ad GO, sinum rectum lateris minoris ◡AB, vel GN, ita DC, ad DL, per quartam Sexti Euclidis. Quo DL, addito ad AF, sinum versum differentiæ laterum AB, & BC, sive BD, nempe arcus AD, efficitur AM, sinus versus tertii lateris AC, vel AK.



Porro: quia est,

Vt GH, ad DE, ita GQ, ad DC. Et
Vt GH, ad GO, ita DC, ad DL.

Est etiam, per multiplicationem proportionum.

Vt planum GH, GH, ad planum DE, GO.

Ita planum GQ, DC, ad planum DC, DL.

Et postremis duobus planis GQ, DC, & DC, DL.

Per commune latus DC, divisis.

Vt planum GH, GH, ad planum DE, GO.

Ita latus GQ, ad latus DL.

Vel, primis etiam duobus planis per communem aliquem divisorem, v. g. per radium, divisis.

Vt GH, radius ad planum DE, GO, radio divisum:

Ita GQ, latus ad DL, latus.

Nam si sit:

Vt 10. ad 8, ita 5. ad 4.

Vt 10. ad 5, ita 4. ad 2.

Erit etiam:

Vt 100, ad 40, ita 20. ad 8.

Et postremis duobus planis per commune latus 4. divisis.

Vt 100. ad 40, ita 5. ad 2.

Vel primis etiam duobus planis per communem aliquem divisorem v. g. per 10, divisis.

Vt 10, ad 4, ita 5. ad 2.

Hæc est demonstratio Regiomontani, Finckii, & Landsbergii: omnino certa, & infallibilis. Quod nemo non videt: nisi qui plane sit ἀγεωμέτρητος.

EXEMPLUM è tertio genere exemplorum nostrorum repetitum.

BC, 59.

	BC 59 58. ſinus rectus.	*8657344.*
	AB, 45. 58. ſinus rectus.	*7189355.*
Diff.	*14. 0.*	*10000000.*
	76.	*9702957.*
	Sinus verſus differentiæ.	*297043.*
	⌣ABC, 28. 14.	*10000000.*
	61. 46.	*8810284.*
	Sinus verſus anguli	*1189716.*

Planum ſinuum rectorum ⌣AB & BC, 6224071937312 0.
Idem planum radio diviſum *6224072.*

Planè conveniens cum medietate rectæ, per proſtaphæreſin à nobis inquiſitæ.

Proportio.

Vt radius	*10000000. DE.*
⌣Ad planum ſinuum rectorum, radio diviſum	*6224072. DT.*
Ita ſinus verſus anguli ⌣ABC	*1189716. DC.*
⌣Ad differentiam	*740488. DL.*
Quam ſi addas ad ſinũ verſum differentiæ laterum	*297043. AF.*
Efficitur ſinus verſus tertii lateris	*1037531. AM.*
Qui demtus de radio	*10000000. AH.*
Relinquit ſinum complementi tertii lateris	*8962469. MH.*

Cui ſinui competit arcus KN. 63 gr. 40'. 8". Cuius complementum 26. gr. 20'. 52". eſt arcus ⌣AK, vel ⌣AC, quæſitus.

JUSTUS BYRGIUS in praxi quarti axiomatis nunquam ſinibus verſis, ſed ſemper ſinibus rectis utitur: Et primum quidem inquirit ſinum complementi tertii lateris, qualis eſſet, angulo ad B, exiſtente recto: deinde differentiam illius ſinus à ſinu anguli obliqui, hoc eſt, rectam CO, vel EO,

 vel LT:

vel LT : inveſtigat: Si angulus ad B, ſit acutus : tali proportione.

Vt DE, radius ad DT, medietatem rectæ,
Ita CE, ſinus complementi anguli ABC, ad CO.

Si angulus ad B, ſit obtuſus: tali proportione.

Vt DE, radius ad DT, medietatem rectæ,
Ita EC, ſinus exceſſus anguli ABC, ad EO.

Quam ipſam tamen proportionem ſine omni multiplicatione & diviſione abſoluit: adminiculo primi compendii noſtri.

Porrò, inventum TL, angulo ABC, exiſtente acuto ſemper addit ad TP, ut reſultet LP, ſinus complementi tertii lateris.

At, angulo ABC, exiſtente obtuſo, vel inventum TL, ſubtrahit à TP, ut reſtet LP, ſinus complementi tertii lateris: vel, ab inventa TL, ſubtrahit TP, ut reſtet LP, ſinus exceſſus tertii lateris: quemadmodum faciendum eſſe, adjuncta tria ſchemata docent. Quibus ſingulis ſingula exempla Byrgiano more facta accommodabimus.

EXEMPLUM PRIMUM: QVOD LIbro quarto fuit ſecundum ſecundi generis.



Latus

Latus minus GN, vel QI, 26. gr. 20'.
Compl. lateris majoris GD, vel FI, 30. 2. } *adde & subtrahe.*

Summa DN. 56. 22. Sinus. 8325991. DP.
Differẽtia FQ, 3. 42. Sinus 645323. PR.

Summa 8971314. rP.

Dimidium 4485657. TP, inventum I.
645323. Dr.

ABC, quasi la 22. gr. 35'. 1½". 3840334. DT, medietas recta.
tus minus 50. 4. 6.

Summa. 72. 39'. 1½. Sinus 9545031.

Differentia. 27. 28. 58½. Sinus 4614841.
Differentia 4930190.

Dimid. 2465095. CO, vel LT, inventum II.
4485657. TP, inventum I.

Summa. 6950752. LP, sinus complementi tertii lateris.

EXEMPLVM SECVNDVM: QVOD libro quarto fuit tertium tertii generis.



Latus

Latus minus GN, vel QI, 45. gr. 58'.
Compl. majoris GD, vel FL. 30. 2.

Summa DN, 76. 0. Sinus 9702957. DP.
Differentia FQ, 15. 56. Sinus 2745187. PR.
Diff. 6957770. RP.
Dimid. 3478885. TP. inventum. I.
2745187. PR, vel Dr.
38. gr. 29'. 31''. 6224072. DT, medietas rectæ

Latus minus 51. 30.29.
Exc. ◡ABC. 22. 35. 0.
Summa 74. 5.29. Sinus, 9617001.
Differentia 28. 55.29. Sinus. 4836600.
Differentia. 4780401.
Dimid. 2390200. EO, vel LT, inventum, II.
3478885. TP, inventum. I.
Differentia. 1088685. LP, sinus complementi tertii lateris.

EXEMPLVM TERTIUM, QVOD libro quarto fuit quartum tertii generis.



Latus

Latus minus GN, vel QI, 45. gr. 58'.
Compl. majoris GD, vel FI. 30. 2.
Summa DN, 76. 0. Sinus 9702957. DP.
Differentia QF, 15. 56. Sinus 2745187. PR.
Diff. 6957770. rP.
Dimid. 3478885. TP. inventum. I.
2745187, PR.
38. gr. 29'. 31''. 6224072. DT. medietas rectæ.
ABC. q. latus minus. 10. 0. 0.
48. 29'. 31. Sinus 7488625.
28. 29. 31. Sinus 4770352.
Summa 12258977. (tum. II.
Dimid. 6129488. EO, vel TL. invē-
3478885. TP, inventum I.
Differentia. 2650603. PL, sinus excessus
tertii lateris.

Hic est modus Byrgii. Alios aliorum modos referre, non est operæ precium.

APPENDIX LIBRI QUINTI,

Continens explicationem & demonstrationem Regulæ falsi.

Quia Regula falsi in Trigonometria tam magnum usum habet, ut discipulum ejus artis à tricis Algebraicis prorsus liberare possit: quemadmodum libro secundo ostendi: visum est Regulæ illius & præceptum & demonstrationem hoc loco breviter explicare.

Præceptum Regulæ falsi tale est.

Loco numeri quæsiti pone numerum pro libitu magnum aut parvum; & per eum operare secundum præscriptum

 quæstionis

quæstionis propositæ. Tum, si exit quod exire debebat; habes numerum quæsitum: sin autem; differentiam inter id quod exit, & quod exire debebat, sive falsitatem, nota per Plus vel Minus; & per aliam positionem, sive majorem sive minorem, eandem operationem repete. Deinde multiplica per crucem sive alternatim, positionem primam per falsitatem secundam, & positionem secundam per falsitatem primam: tumque, si falsitates fuerint homogeneæ, subtrahe duo producta à se invicem, & duas etiam falsitates à se invicem: sin falsitates fuerint heterogeneæ, adde tùm productum producto, tùm falsitatem falsitati: ac deniq; productorum vel residuum vel aggregatum divide per falsitatum vel residuum vel aggregatum, & habebis numerum quæsitum.

Casus igitur regulæ falsi tres sunt:

Primus casus est; ubi utraq; falsitas est Plus: secundus casus; ubi utraq; falsitas est Minus: tertius casus; ubi altera falsitas est Plus, altera Minus.

Exempli gratia, quæratur numerus, cui si addatur pars tertia, & ab aggregato auferatur pars sexta, relinquantur 100.

Is numerus revera est 90. ut patet ex calculo subiecto

90
$\frac{1}{2}$) 30 *Adde*
120
$\frac{1}{6}$) 20 *Subtrahe.*
100 *residuum.*

At fingam me numerum illum nescire: & pro primo casu primò ponam, numerũ illum esse 144. deinde ponam esse, 08. Operatio talis erit.

Positio prima.	144	*Positio secunda.*	108
	$\frac{1}{3}$)48	*Adde*	36
	192		144
	$\frac{1}{6}$);2	*Subtrahe*	24
	160	*Exit*	120
	100	*At exire debebat*	100

Falsitas

Falsitas prima.	60		*Falsitas secunda.*	20
Positio secunda	108		*Positio prima.*	144
	6480	*Productum.*		2880
	2880	*Subtrahe.*		
Residuum	3600	*Dividendum.*	*Falsitas prima* +	60
	40	*Divisor.*	*Falsitas secunda* +	20
			Residuum.	40

(90 *Quotus:*
hic est numerus
quæsitus.

Pro secundo casu, primo ponam numerum illum, quem quæro, esse 54. deinde ponam esse 72. Operatio talis erit.

Positio prima.	54	*Positio secunda.*	72
	$\frac{1}{3}$ | 18		24
	72		96
	$\frac{1}{6}$ | 12		16
	60		80
	100		100
Falsitas prima.	40	*Falsitas secunda*	20
Positio secunda.	72	*Positio prima.*	54
	2880		1080
	1080	*Falsitas I.* — —	40
	1800 *Dividẽdus.*	II. — —	20
	20 *Divisor.*	*Divisor*	20
	(90. *Quotus.*		

Pro tertio casu primo ponam numerum quæsitum esse 54. deinde ponam esse. 144. Operatio talis est.

Positio prima.	54	*Positio secunda.*	144
	$\frac{1}{3}$ | 18		48
	72		192
	$\frac{1}{6}$ | 12		32
	60		160
	100		100

Falsitas prima.	40	*Falsitas secunda.*	60
Positio secunda.	144	*Positio prima.*	54
	5760		3240
	3240		
	9000 *Dividendus.*	*Plus.*	60
	100 *Divisor.*	*Minus.*	40
	(90. *Quotus.*		100 *Divisor*

Intelligis opinor mentem Regulæ falsi: jam demonstrationem cape. Cujus fundamentum hoc est: quod

Falsitates positionum & acquisitorum sunt inter sese proportionales. *hoc est: sicut se habet falsitas positionis primæ ad falsitatem positionis secundæ: ita se habet falsitas acquisiti primi, ad falsitatem acquisiti secundi.*

Voco autem falsitates positionum, excessum vel defectum numerorum positorum, suprà vel infra numerum verum.

Verbi gratiâ. In primo casu erant:

Positio prima.	144.	*Positio secunda.*	108
Numerus verus.	90.		90
Differentia.	54.		18

Ergò falsitas positionis primæ fuit 54. secundæ. 18.

Falsitates acquisitorum voco excessum vel defectum numerorum per processum quæstionis propositæ acquisitorum suprà vel infrà numerum quæsitum. Verbi gratiâ in primo casu erant:

Acquisitum primum.	160.	*Acquisitum secundum.*	120
Numerus quæsitus.	100.		100
Differentia.	60.		20

Ergò falsitas acquisiti primi fuit 60. secundi 20. Dico jam, esse,

Vt 54. ad 18. ita 60. ad 20.

Causa est: quia eâdem ratione utrobiq; processum fuit: nempe, addendâ primum ad numerum positum unâ tertiâ, deinde ab aggregato subtrahendâ unâ sextâ.

Effectus causæ respondet: ut vides ex calculo subjecto.

Vt 54.

Vt 54. ad 18. ita 60. ad 20.

Multiplica. 18
per. 60

Divide. 1080 (eradit 20.
54
108

000
54.

Quia igitur est: ut falsitas positionis primæ ad falsitatem positionis secundæ; ita falsitas acquisiti primi ad falsitatem acquisiti secundi: ideò, si falsitates illæ per crucem multiplicentur, nempe, falsitas positionis primæ per falsitatē acquisiti secundi, & falsitas positionis secundæ per falsitatem acquisiti primi: producta duarum illarum multiplicationum erunt æqualia. Nam si quatuor numeri sint proportionales, productum mediorum æquatur producto extremorum: ut de lineis demonstratum fuit lib. 1. prop. 42: in numeris autem eadem est ratio. Cum igitur sint,

Vt 54. ad 18. ita 60. ad 20.

Productum numeri 18. per 60. idem erit cum

Producto numeri 54. per 20. Quod ipsum etiam calculus subiectus verum esse comprobabit: qui calculus ita habet.

Falsitas positionis primæ.	54	*Falsitas positionis secundæ.*	18
Falsitas acquisiti secundi.	20	*Falsitas acquisiti primi.*	60
	1080		1080

Porrò, in multiplicatione perinde est, sive numerum totum per totū; sive totum unum per partes alterius multiplicem. Verbi gratiâ; perinde est, sive multiplicem 7. per 7. sive 7. per 4. & 3. Per utramq; enim multiplicationē invenero 49. ut & ratio dictat, & calculus subjectus ostendit.

7	7	7
7	4	3
49	28	21

Adde 21
Fit 49

Ergò in proposito exemplo primi casus, si primam positionem 144.

 multipli-

multiplicem per secundi acquisiti falsitatem, nempe per 20. perinde est, ac si multiplicaverim 90. & 54. per 20. Et per consequens, productum multiplicationis numeri 144. per 20. continet numerum verum 90. vicies, & falsum 54. itidem vicies.

Similiter, si secundam positionem 108. multiplicem per falsitatem acquisiti primi, nempe per 60.

Perinde est, ac si multiplicaverim 90. & 18. per 60. Et per consequens, productum multiplicationis numeri 108. per 60. continet numerum verum 90. sexagies, & falsum 18. etiam sexagies.

Atqui 18. sexagies, & 54. vicies, æquipollent: ut jam antè demonstratum fuit.

Ergò si productum numeri 144. per 20. subtraxero de producto numeri 108. per 60. falsum numerum, qui primo producto adhærebat, totaliter subtraxero; & insuper verum numerum vicies subtraxero. Restabit igitur verus numerus quadragies: quantum scilicet restabit de falsitate 60. post subtractam falsitatem 20.

Ergò si quod restat, post subtractionem unius producti ab altero, per id quod restat post subtractionem unius falsitatis acquisitæ ab altera, divisero; necessariò verus numerus exibit.

Prorsus ad eundem modum in secundo casu: si positionem primam 54. multiplicem per falsitatem secundam 20. perinde est, ac si multiplicaverim 20 pe 90. minus 36.

Ergò productum 54. per 20. continet verum numerum 90. vicies, minus falso numero 36. vicies.

Similiterq; si positionem secundam 72. multiplicem per falsitatem acquisiti primi, nempe per 40. perinde est, ac si multiplicaverim 90. minus 18. per 40.

Ergò productum 72. per 40. continet verum numerum 90. quadragies, minus falso numero 18. itidem quadragies.

Iam quadragies 18. & vicies 36. æquipollent, per antecedentem demonstrationem.

Ergò, si de producto 72. per 40. subtraxero productum 54. per 20. Falsita-

Falſitatem primo producto adhærentem totaliter ſubtraxero, & inſuper verum numerum vicies ſubtraxero: ac proinde verus numerus reſtabit vicies: ſicut ſubtractis falſitatibus 20. de 40. reſtant 20.

Ergò ſi reſiduum productorum diviſero per reſiduum falſitatum acquiſitarum, Quotus erit numerus verus quæſitus.

In tertio caſu: ſi poſitionem primam 54. multiplicem per falſitatem acquiſiti ſecundi, nempe per 60. Perinde erit ac ſi multiplicavero 90. minus 36. per 60. Productum igitur continebit verum numerum 90. ſexagies, minus falſo numero 36. ſexagies.

Si poſitionem ſecundam 144. multiplicem per 40. perinde eſt ac ſi multiplicaverim 90. & 54 per 40. Productum igitur continebit verum numerum 90. quadragies: & falſum 54, etiam quadragies.

Atqui ſexagies 36. & quadragies 54. æquipollent, per ſuperiorem demonſtrationem: atq. adeo, quantum uno loco deeſt, tantum altero loco ſupereſt: & per conſequens, ſi productum 54 per 60. addidero ad productum 144. per 40: aggregatum nullam amplius falſitatem habebit, ſed verum numerum 90. continebit ſexagies & quadragies. hoc eſt centies.

Ergo ſi ſummam productorum per ſummam falſitatum acquiſitarum diviſero, verum numerum habebo.

FINIS.

Errata Trigonometriæ.

Pag. 10. lin. 20. pro GH lege CH. & in schemate inter A & K pone G.
pag. 23. lin. 3. & 4. lege. prop. 32. 33. 35. 36. 37. & 38.
pag. 24. lin. 2. & 13. pro 7. lege o.
pag. 28. lin. 10. pro non, lege, uno.
pag. 40. lin. 12. pro K. lege B. lin. 18. pro 36. lege 38.
pag. 41. lin. 18. lege, subtensa simpli, dupli, tripli &c.
pag. 45. lin. 1. pro 6q. lege bq. lin. 8. pro. cyphra. 1. lege cyphra ad 1. lin. 15. pro v & i lege √ et ʒ.
pag. 72. lin. 8. pro B. lege N. lin. 9. & 19. pro 7. lege 12.
pag. 73. lin. 21. addantur hæc verba: Quæratur autem sinus 70. graduum.
pag. 78. lin. 13. pro recta, lege recte.
pag. 80. lin. 2. 3. 5. 14. pro. 8. gr. 9. lege 89. gr. similiterq́ linea 7. & 8. pro 2. gr. 1. lege 21. gr. item pro 6. gr. 8. lege 68. gr. sic pag. 122. lin. 11. 14. 16. 19. pro 2. gr. 6 lege 26. gr. pro 2. gr. 8. lege 28. gr. pro 4. gr. 5. lege 45. gr. pro 5. gr. 0. lege 50. gr. pro 5. gr. 9. lege 59. gr.
pag. 81. lin. 6. pro 41. lege 43.
pag. 82, lineâ 1. & deinceps in tangentibus d.le puncta, & numeros sub se mutuo colloca, ut paulo post, nempe linea 23. &c. collocati sunt.
pag. 85. lin. 20. pro 52. lege 25.
pag. 93. lin. ult. pro 49. lege 48.
pag. 99. lin. 19. & 20. pro B. lege C. lin. 24. pro ⌣ABC. lege ⌣ACB.
pag. 100. lin. 9. pro 7. lege 12. lin. 12. 14. 15. 16. 17. pro ⌣AC. semper lege AB. & lin. 12. pro ABC. lege ACB.
pag. 113. lin. 4. pro 7. lege 12. sic pag. 114. lin. 12.
pag. 117. lin. 1. pro 8. lege 17. lin. 27. pro FF. lege EF.
pag. 118. lin. ult. pro quadra, lege quadrantes.
Item pag. 120. lin. 15. & 23. pro 7. lege 12.
pag. 124. lin. 29. pro 7. lege 12. lin. 30. pro 8. lege 13.
pag. 156. lin. 22. lege, si 5, per 5.
pag. 172. lin. 14. adde, Et,

Errata,

Errata problematum.

Pag.5.lin.6.pro ABST, lege ADST.

pag.6.lin.1.pro F lege E.

pag.11.lin.8.pro CH. lege AF.lin.15. lege: Quod multiplicatum.

Pag.16.lin.17.pro si, lege sit.

pag.41.lin.15.pro &, lege est.

pag.59.pro dc. lege dC. & ante dC. pone cC.

pag.76.lin.7.pro EK. lege EQ.

pag.110.lin.17.& 18.pro 155. lege 115. lin.19.& 20. pro æquales, lege æquantur.

pag.111. lin.11.pro. (4. lege (40. & lineam 14. duobus locis promove.

pag.135.lin.8.& 28.pro 2. lege 3.

BARTHOLOMÆI PITISCI GRVNBERGENSIS

PROBLEMATVM VARIORVM:

NEMPE

Geodæticorum,
Altimetricorum,
Architectonicorum,
Geographicorum,
Gnomonicorum, &
Aſtronomicorum.

LIBRI VNDECIM,

TRIGONOMETRIÆ SVBjuncti, ad uſum eius demonſtrandum.

FRANCOFVRTI,
Apud Nicolaum Hoffmannum, ſumptibus
IONÆ ROSÆ, Anno 1612.

BARTHOLOMÆI PITISCI
Grunbergensis

PROBLEMATUM
GEODÆTICORVM
Liber Unus.

PRÆFATIO.

Socrates hunc principalem Geometriæ (cujus pars est Trigonometria) finem esse statuebat: ut agrum planum metiri dividereq; possis. Tanti Philosophi judicium secuti, istius generis problematibus merito primum locum attribuimus. Cæterum, cum variæ sint rationes agri plani dimetiendi, mihi ea semper visa est expeditissima, quæ fit, vel per quadrangula, vel per triangula rectangula. Nam si duo latera includentia rectum, inter se multiplices, productum multiplicationis totum, erit area quadranguli; dimidium, trianguli; à talibus lateribus constituti. Vt si duo latera includẽtia rectũ ABC, nẽpe AB, quatuor decempedarũ,



& BC,5.inter se multiplices, productum multiplicationis totum, nempe 20.erit area quadranguli ABCD. Productum verò multiplicationis dimidium nempe 10.erit area Trianguli ABC, ut vel ex adjuncto diagrammate liquet. Ad hujusmodi igitur Triangula plana rectangula quomodo ager quilibet, qui formam exactè quadrangulam rectangulam non habeat, sine errore reduci possit, duobus problematibus ostendemus. Vbi tamen notandum est, factâ reductione non opus esse ut utrumque triangulum rectangulum seorsim supputetur: sed satis esse, si sola basis trianguli obliquanguli per perpendiculum multiplicetur. Ista enim unica multiplicatio exhibet utriusque trianguli rectanguli, hoc est, totius obliquanguli aream duplam. Exempli gratia, In triangulo obliquangulo ABC. factâ reductione ad duo triangula rectangula ABF & FBC.non opus est, ut seorsim aream trianguli rectanguli ABF, & iterum seorsim aream trianguli rectanguli CBF inquiras, latera AF & BF, item BF & FC invicem



multiplicando: sed satis est, si basin trianguli obliquanguli ABC.nempe rectam AC.per perpendiculum BF vel DC.multiplices. Nam eo facto statim habebis aream quadranguli rectanguli AGDC. cujus dimidiam esse aream trianguli obliquanguli ABC. vel ipsa figuræ inspectio te docebit. Sed & hoc notandum est, sæpe quadrangula & triangula rectangula in unam figuram conjungi, sic ut inde fiat trapezium, vel simplex, quale est ABCD. vel duplex, qualia sunt FGHI, & MNOP. In quibus casibus omnibus, si longitudinem mediam: qualis est in prima figurâ recta AS, in secunda VW, in tertia XY; per latitudinem multiplices, aream habebis. v.g. In trapezio ABCD.

Longitu-

Longitudo minima AB sit — 10. ped.
maxima DC. — — 16. ped.

26. ped.

media AS — — 13. ped.
Latitudo AD vel ST — — 4. ped.

Area igitur ABST, vel ABCD. erit 52. ped. Atq; hæc qui-







dem obiter in gratiam tyronum annotata sunto. Nunc ad ipsa illa, quæ propriè instituti nostri sunt, problemata accedemus.

PROBLEMA PRIMVM.

Agrum planum multangulum, cujus data sint latera unà cum diagonis: sed anguli non item: in Triangula rectangula dispertire.



Sit propositus ager planus multangulus ABCDF. Et sint data ejus latera omnia: unà cum diagoniis AC, & CE. quærantur autem perpendicula BF, CG & DH, unà cum segmentis diagoniorum AF & FC. Item AG & GE, & denique CH & HE. Et sint, AB, 7. pedum, BC 9. CD, 10. DE, 4. EA, 17. AC, 13. DE, 11.

Dico pro solutione Trianguli obliquanguli ABC.

I. Vt latus maximum AC, — — —	13	AB 7.
ad summam laterum AB, & BC, — —	16	BC. 9.
Ita differentia laterum AB & BC, — —	2	Summa. 16.
ad segmentum — — — —	$2\frac{6}{13}$	Differentia 2
Quo demto de AC. — — — —	13	
Relinquitur — — — — —	$10\frac{7}{13}$	
Cuius dimidium est AF — — — —	$5\frac{7}{26}$	
Quo subtracto de AC — — —	13	
Relinquitur FC — — — —	$7\frac{19}{26}$ per 4. pl.	

		26	26
II. Vt AB latus, pedum — —	7	5	7
		130	182
ad AF latus, pedum — — —	$5\frac{7}{26}$	7	
		13700000(7.&c.	
Ita AB. radius — —	100000	182	

Ad AF

Ad AF. ſinum anguli ABF — 75274—48 gr. 50′. per 1. pl.
Cuius anguli complementum eſt BAF. 41. 10.

III. Vt AB radius — — — — — 100000
ad BF. ſinum anguli BAF. 41. gr. 10′ — 65825
Ita hypotenuſa AB — — — — — 7. pedū
ad perpendiculum BF — — — 4|60775. per. 1. pl.
Quod multiplicatum per baſin AC. — 13|

Exhibet aream trianguli ABC. duplam 59|90075
ſimplam 29|95037
ſive — $29\frac{95}{100}$ pedum quadratorum.

¶ *Similiter pro ſolutione Trianguli obliquanguli ACE, dico:*

I. Vt latus maximum AE — — — 17
ad ſummam laterum AC & CE — — 24
ita differentia laterum AC & CE — — 2
ad ſegmentum — — — $2\frac{14}{17}$
Quo demto de AE — — — 17
Relinquitur — — — — $14\frac{3}{17}$
Cuius dimidium eſt GE — — $7\frac{3}{34}$
Quo ſubtracto de AE — — 17
Relinquitur AG — — — $9\frac{31}{34}$. per 4. planorū.

AC. 13
CE. 11
Summa 24
Differentia 2.

II. Vt CE. latus — — 11
ad GE latus — — $7\frac{3}{34}$
Ita CE radius — — 100000
ad GE ſinum anguli GCE. — 64439—40 gr. 7. per 1. pl.
Cuius complementum eſt CEG. — — 49. 53.

Per primum planorum.

III. Vt EC radius — — — 100000
ad CG. ſinum anguli CEG — 67473

Ita

Ita EC. hypotenusa — — — — 11
ad CG. perpendiculum — — — 8|41203.per 1.pl.
Quod multiplicatum per basin AE — 17
Exhibet aream trianguli ACE.duplam 143|00451
simplam 71|50225

¶ *Deniq. pro solutione Trianguli obliquanguli CDE, dico:*

I. Vt maximum latus CE — — 11 | CD. 10
ad summã laterum CD & DE — 14 | DE. 4
Ita differentia laterum CD & DE 6 | Summa. 14
ad segmentum — — — — $7\frac{7}{11}$ | Differentia 6
Quo subtracto de CE — — 11
Relinquitur — — — — $3\frac{4}{11}$
Cuius dimidium est HE — — $1\frac{15}{22}$
Quo subtracto de CE — — 11
Relinquitur CH — — — $9\frac{7}{22}$ per 4.pl.

II. Vt ED latus — — — — — 4
ad HE. latus — — — — — $1\frac{15}{22}$
ita ED. radius — — — — 100000
ad HE. sinum anguli HDE — — 42046 — 24 gr. 51′
Cuius complementum est angulus HED —— 65 8
Per primum planorum.

III. Vt DE. radius — — — — — — 100000
ad HD. sinum anguli HED — — — 90729
Ita DE hypotenusa — — — — 4 pedum
ad HD. perpendiculum — — — 3|62916 per 1. pl.
Quod multiplicatum per basin EC — 11
Exhibet aream trianguli ECD duplam 39|92076

simplam

simplam	19|96038	
Cui adde aream trianguli ABC ——	29|95037	
Item aream trianguli ACE —— ——	71|50225	
Et habebis aream totius agri ABCDE.	$121\frac{417}{1000}$	pedû quadratorum.

PROBLEMA SECVNDVM.

Agrum planum multangulum, cujus data sint latera & anguli exteriores, diagonii non item: in Triangula rectangula dispertire.

Sæpe fit, ut ager planus rectis itineribus pertransiri non possit: propter arbores aut paludes interjectas:



In eo casu lineæ angulares, sive diagonii, & inde deniq; perpendicula, ac bases Triangulorum rectangulorum reperiuntur hoc modo. Sit exempli gratia ager planus multangulus ABCDE: qui pridem: Et sint in eo data latera AB, *7*. ped. BC, 9. CD, 10. DE, 4. EA, 17. unà cum angulis ABC, *108*. gr. *2'*. BCD 141. gr. 53'. CDE, 93. gr. *35*. DEA, 115. gr. *1'*. EAB, *81*. gr. *29'*. Quærantur autem perpendicula & bases Triangulorum rectangulorum in eo agro contentorum.

Pro solutione Trianguli obliquanguli ABC.

Primùm colligo & summam, & differentiam laterum AB & BC. Itemq; summam & dimidium summæ angulorum ad A & C hoc modo.

BC, 9.	ABC, 108. gr. 2'.
AB, 7.	Compl. 71. 58'.
Summa 16.	Dimid. 35. 59.
Differentia 2.	

Deinde dico:



I.	Vt summa laterum AB & BC	16
	ad differentiam eorundem	2
	Ita tangens 35. gr. 59'.	72610
	ad tangentem	9076
	Cuius tangentis arcus vel angulus est	5. gr. 11'.
	Quo addito ad	35. 59.
	Efficitur angulus BAC vel BAF	41. 10.
	Cuius complementum est angulus ABF	48. 50.
	Subtracto vero eodem angulo	5. 11.
	de angulo	35. 59.
	Relinquitur angulus BCA vel BCF	30. 48.
	Cuius complementum est angulus CBF	59. 12. per 3. pl.

II. Ut

II. Vt AB. radius		100000
ad BF. ſinum anguli BAF. 41.gr.10′.		65825
Ita AB. pedum	7	
ad BF. pedum	4	60775.per.1.pl.
III. Vt AB. radius		100000
ad AF ſinum anguli ABF. 48.gr.50′.		75280
Ita AB. pedum	7	
ad CH. pedum	5	26960.per 1.pl.
IV. Vt BC. radius		100000
ad FC ſinum anguli FBC. 59 gr.12.		85896
Ita BC. pedum	9	
ad FC. pedum	7	73064 (per 1.pl.)
Quo addito ad AF.	5	26960
Fit AC.	13	00024
Quo multiplicato per BF.	4	60775
Exhibet aream trianguli ABC. duplam.	59	90
Ergo area trianguli ABC. ſimpla eſt	29	$\frac{95}{100}$ pedum quadratorum.



 Deinde

Deinde pro solutione Trianguli obliquanguli ACE.

Primùm, de angulo EAB —	81.gr.29′.
subtraho angulum BAC —	41.gr.10.
Et relinquitur angulus CAG —	40.gr.19.

Deinde pro latere AC. nuper invento 13|00024. assumo 13. fractione scilicet $\frac{24}{100000}$ neglecta: quippe quæ fermè nullius sit momenti.

Denique dico per. 1. pl.

Vt AC. radius — — —	100000
ad GC. sinum anguli GAC. 40 gr. 19. — —	64708
Ita AC pedum — — —	13
ad GC. pedum — — —	8|41113
Quod multiplicatum per AE — —	17|
Exhibet aream ACE duplam —	142|98921
simplam —	71|49460

Postremo, ad solutionem Trianguli CDE accedens:

Primùm colligo summam & differentiam duorum laterum CD & DE. Item summam & dimidium summæ duorum angulorum ad C & E. hoc modo:

Latus CD. 10.	Angulus CDE	93.gr.35.
Latus DE. 4.	Complementum ad 2 rectos	86. 25.
Summa. 14.	Dimidium	43. 12.
Differentia. 6.		

Deinde dico per 3. pl.

I. Vt summa laterum CD & DE	14
ad differentiam eorundem	6
Ita tangens anguli 43. 12.	93906

ad tan-

ad tangentem		40245
Cui in Canone respondet angulus		21.gr.55'.
Quo addito ad angulum		43 gr.12.
Efficitur angulus CED		65.gr. 7
Cuius complementum est angulus HDE		24.gr.53.
Quo subtracto de angulo CDE		93.gr.35
Relinquitur angulus HDC		68 gr.42
Cuius complementum est angulus HCD		21 gr.18
II. Vt CD. radius		100000
ad HD. sinum anguli HCD. 21.gr.18'.		36325
Ita CD. pedum	10	
ad HD. pedum	3	63250.per.1.pl.
III. Vt CD. radius		100000
ad CH sinum anguli CDH. 68.gr.42.		93169
Ita CD. pedum	10	
ad CH. pedum	9	31690.per 1.pl:
IV. Vt DE. radius		100000
ad HE sinum anguli HDE. 24 gr.53.		42077
Ita DE. pedum	4	
ad HE. pedum	1	68308 (per 1.pl.)
Quo addito ad CH.	9	31690.
Fit CE.	10	99998
Hoc est, ferè	11	
Quo multiplicato per DH.	3	6325
Fit	39	9575
Cuius dimidium est area CDE	19	9787
Cui adde aream ACE	71	4946
Item aream ABC.	29	95

Et habebis aream totius agri, ut ante. 121 $\frac{4271}{10000}$. pedum quadratorum.

Cæterùm, ut hoc obiter adiiciam, anguli agri plani, quos in hoc problemate dandos esse diximus, observantur vel per Quadrantem, vel per Instrumentum orbiculare, duplici dioptra instructum, & in 360. partes divisum. In qua observatione, an à vero aberraveris nec ne, sic deprehendes:

Omnes angulos circa agrum observatos collige in unam summam. Quæ summa, si duplo plures rectos effecerit quàm sunt latera, minus quatuor rectis, justa est observatio: sin autem; erronea.

Nam unaquæque figura multangula, meris angulis internis constans, habet ad circumferentiam duplo plures rectos quàm latera, minus quatuor rectis. Quia, si ex singulis angulis rectæ ad centrum figuræ ducantur, tot fiunt in figurâ triangula, quot sunt latera. Atqui singula illa triangula habent duos rectos, per 49. p. 1. Ergo universa habent duplo plures rectos quàm sunt latera figuram includentia. Iam quatuor recti triangulorum istorum ad centrum figuræ consistunt, per 6. & 15. p. 1. Ergo reliqui recti ad circumferentiam consistunt. Exempli loco sit ager quinquangulus,



hactenus

hactenus à nobis dimensus. Is habet quinque latera. Ergo debet habere sex angulos rectos. Nam bis quinque sunt decem. Decem, minus quatuor, sunt sex. An igitur hoc ita sit, hoc est, an ager ille ex nostra obseruatione habeat sex angulos rectos, videre juvat.

Fuerunt autem anguli observati,	ABC.	108 gr.	2'.
	BCD.	141.	53.
	CDE.	93.	35.
	DEA.	115.	1.
	EAB.	81.	29.
	Summa est —	540. gr.	0

quæ summa quærebatur. Nam sex recti efficiunt 540. gradus, Sexies enim 90. sunt 540. Iusta igitur fuit observatio.

Quod si latera aliqua versus centrum sint inflexa, & angulum faciant externum, ut in hac alterâ figurâ latera BG & CG versus centrum sunt inflexa, & angulum faciunt ex-



ternum BGC. Pro lateribus illis duobus BG & GC, revera in agro existentibus, sume & numera unicum latus imaginariũ BC. & de tot rectis quot habitura esset figura ABCDE subtrahe anguli BGC complementũ ad duos rectos, hoc est, subtrahe

trahe

trahe summam angulorum GBC & BCG. de rectis in figura ABCDE existentibus: residuum erit summa angulorum in figura data contentorum. Exempli gratia: si angulus BGC sit 150. graduum, summa angulorum GBC & BCG erit 30. graduum. De sex igitur rectis qui competunt figuræ quinquangulæ ABCDE, hoc est, de 540 gradibus, si subtraxeris. 30. gradus, restabit summa angulorum in figurâ ABGCDE contentorum 510. gr. Causam vel me tacente intelliges, si oculis non limis figuram propositam inspexeris.

APPENDIX.

Antequam hunc librum concludam: paucis te moneo, lector, quisquis es: si geodæsiam exercere velis, ut etiam atque etiam tibi caveas à vulgari illo errore circumforaneorum geodætarum: qui quos agros iisdem passibus obambulaverint, eos æquales esse censent. Quæ censura, quàm sit iniqua, vel ex hoc exemplo disces:



Sint duo agri ABCD, & EFG, utrique habentes in circuitu decempedas sedecim. Et si ager ABCD, quadratus. EFG, triangularis. Dico aream agri EFG, multò esse minorem, quam sit area agri ABCD. Nam area quidem agri ABCD, si latera AB & AD, in sese mutuò ducas, invenietur esse sexdecim decempedarum. At area agri EFG, si perpendiculum FH 4, ducas in basin alterutram EH, vel HG, 3. non nisi duodecim decempedarum esse deprehendetur. Magna igitur iniuria afficietur, si quis eodem precio agrum EFG, quo agrum ABCD, vel emerit, vel conduxerit. Quatuor enim decempedis totis in tam parvo agro defraudabitur. Quanta igitur fraus futura esset in agro magno?

BAR-

BARTHOLOMÆI PITISCI
Grunbergensis

PROBLEMATUM ALTIMETRICORUM

Liber Unus.

PRÆFATIO.

Problemata altimetrica vocabulo minus quidem Latino, ſed tamen uſitato, vocamus ea, quæ ſunt de dimenſione diſtantiæ & altitudinis, atq; hypotenuſæ quarumcunq; rerum ſub aſpectum noſtrum cadentium. Quæ dimenſio per varia inſtrumenta fieri poteſt. Nobis viſum eſt oſtendere, quomodo fiat per quadrantem uſitatum. Quorſum autem proſit, facile intelligent ii, qui ex vocatione divina debent. Cæteris exponere non eſt officii, nec inſtituti noſtri.

PROBLEMA PRIMUM.

Data diſtantia, altitudinem invenire.

Sit data diſtantia turris GB, nempe recta EG vel AC, 200. pedum. Libeat autem ſcire, quanta ſit altitudo pinnarum ejuſdem turris, nempe puncti B, ſupra oculum menſoris C vel A.

Obſervatis per quadrantem angulis AKM & MKL, quorum ille eſt æqualis angulo ABC, per 38. p. 1. & hic angulo BAC, propterea, quod ut angulus BAC, eſt complementum anguli ABC, per 52. p. 1. ita angulus MKL, eſt complementum anguli AKM, per 9. p. Æqualium autem angulorum AKM & ABC, complementa MKL & BAC, inæqualia eſſe



non poſſunt, per naturam. His, inquam, in hunc modum obſervatis: & repertis angulis ABC, 60. gr. 20. m. BAC, 29. gr. 40′. Dico compendioſiſſimè:

Ut AC. radius	—	—		100000
ad BC. tangentem anguli BAC. 29. gr. 40′.				56962
Ita AC. pedum	—	—	—	200
Ad BC. pedum	—	—	—	113 $\frac{924}{1000}$

per primum axioma planorum.

NOTA.

NOTA. Si metiri libeat altitudinem globi Q. non danda erit distantia AC, sed AI, quia punctum Q. puncto C, non est perpendiculare.

PROBLEMA SECUNDUM.

Data distantia, hypotenusam invenire.



Rursum sit data distantia AC, 200. pedum, quæratur autem hypotenusa AB. quot pedum?

Observatis & repertis per quadrantem angulis, ut ante, dico, compendiosissimè:

Vt AC. radius	— — —	100000
ad AB. ſecantem anguli BAC. 29. gr. 40'.	—	115085
Ita AC. pedum	— — —	200
ad AB. pedum	— — — —	$230\frac{17}{100}$.

per primum planorum.

PROBLEMA TERTIUM.

Data aliqua parte diſtantiæ, reliquam diſtantiam invenire.



Sit data pars aliqua diſtantiæ AC, verbi gratia, EF, vel AD, 90. pedum: quæratur autem reliqua pars diſtantiæ, per quam

quam transire jam non liceat, propter paludes, aut fossas interjectas. Aspectâ eadem altitudine B, ex utroq; termino datæ distantiæ, nempe è puncto E & F, & observatis in prima quidem statione, angulo AKM, sive per 38. p. 1. ABC, 60. gr. 20. m. in secunda verò, angulo DON, sive per 38. p. 1. DBC, 44. gr.

Primum, de AC. tangente anguli ABC.	—	175556
subtraho DC. tangentem anguli DBC.	—	96568
Ut restet differentia tangentium AD.	—	78988

Deinde dico per 47. p. 1.

Ut AD. differentia tangentium	—	—	78988
ad DC. tangentem minorem	—	—	96568
Ita AD. differentia stationum	—	—	90 ped.
ad DC. distantiam stationis proximæ		—	110 ped.
Quam si addideris ad distantiam AD.		—	90 ped.
Habebis totam distantiam AC. vel EG.		—	200 ped.

PROBLEMA QUARTUM.

Data aliqua parte distantiæ, altitudinem invenire.

Retentis prioris observationis angulis, angulorumq; tangentibus, & tangentium differentiâ, Dico per 47. p. 1.

Ut AD. differentia tangentium	—	—	78988
ad BC. radium	—	—	100000
ita AD. differentia stationum	—	—	90 ped.
ad BC. altitudinem	—	—	114 ped. ferè.

PROBLEMA QUINTUM.

Data aliqua parte distantiæ, hypotenusam invenire.

Retentis prioris observationis terminis & angulis: primùm subtraho angulum BDC, sive per prius demonstrata NOP, 46. à duob. rectis 180. ut restet obtusus ADB, 134. gr.

 per

per 20. p. 1. vel quod idem eſt, addo angulum DBC, 44. gr. ad angulum BCD, 90. ut reſultet inde angulus ADB, 134 gr. per 48. p. 1. Deinde addo angulum ADB, 134 gr. ad angulũ BAC, 29. gr. 40. m. ut ex ſumma duorum illorum angulorum 163. gr. 40. m. innoteſcat angulus tertius ABD, 16. gr. 20. m. Denique dico per 2. planorum:

Ut AD. ſinus anguli ABD. 16. gr. 20′. —	28122
ad AB. ſinum anguli ADB. 134. gr. —	71933
Ita AD. differentia ſtationum — —	90 ped.
ad AB. hypotenuſam — —	$230\frac{591}{28122}$.

Vel, ſi malis hypotenuſam DB.

Ut AD. ſinus anguli ABD. 16. gr. 20′. —	28122
ad DB. ſinum anguli DAB 29. gr. 40′. —	49495
Ita AD. differentia ſtationum —	90 ped.
ad DB. hypotenuſam — —	$158\frac{11274}{28122}$.



PRO-

PROBLEMA SEXTUM.

Data altitudine distantiam: vel, data aliqua parte altitudinis, reliquam altitudinem, aut distantiam, aut etiam hypotenusam, inde colligere.

Inverte præcedens schema, sic ut BC sit distantia: AC, altitudo: instrumento ad casum perpendiculi convenienter applicato: & calculus erit idem.

APPENDIX.

Non erat mihi propositum quicquam de Quadrato Geometrico dicere. Sed quia in mentem venit, multos fore, qui etiam istam theoriam desiderent: En tibi eam paucis.



Latera

Latera Quadrati SK & KL, quorum illud umbra recta, hoc umbra versa vulgò dicitur, nihil aliud sunt, quàm tangentes arcuum semiquadrante minorum.

Itaque si dicas:

Ut AL, scala tota ad LR, partes æquales umbræ versæ:
ita AC, distantia ad CB, altitudinem.

Perinde est, ac si dixeris:

Ut AL, radius ad LR tangentem, ita AC, distantia ad BC, altitudinem.

Ideo autem sufficiunt tangentes arcuum semiquadrante minorũ, quia eadem est proportio tangentis ad radium, quæ radii ad tangentem complementi: per compendium calculi trigonometrici tertium. Vnde hæc duo sequuntur.

1. Si dicendum sit.
Ut DP, ad PV.
eodem effectu dici posse:
Ut TO, ad OD.
nec desiderari in tali casu tangentem PV.

2. Si omnino desideretur tangens PV vel OX.
facile hanc, vel illam, reperiri posse. Nam
Ut TO, ad OD, ita DP, ad PV. &

Ut WP, (cui æqualis est RL) ad PD, ita DO ad OX. Tunc autem desideratur interdum tangens PV, vel OX, quando dimensio fit per duas stationes. In eo enim casu, si forte dicendum sit:

Ut VW, ad WP, ita AD, ad DC, vel:
Ut TX, ad TO, ita AD, ad DC, pro libitu.

Tangentem PV, vel OX, notam esse oportet: ut inde differentia tangentium primæ & secundæ stationis elici possit, sive

ſive illæ tangentes ſint ipſorum angulorum viſionis: ut WP, (hoc eſt, KL) & PV, ſive complementorum, ut OT & GX. Nam id perinde eſt. Quia

I. Triangula compoſita DXTO & BADC, ſunt æquiangula per 35 p. 1. Ergo:

Ut XT, ad TO, ita AD ad DC, per 46. & 47. pp. 1.

II. Triangula compoſita DVWP & DBZC, ſunt æquiangula per 38. p. 1. Ergo

Ut VW, ad WP, ita BZ ad ZC, per 46. & 4. pp. 1.

Ut autem BZ, ad ZC ita AD, ad AC, per 45. p. 1. quia nempe recta DZ, eſt parallela baſi AB in Triangulo ABC.

Ergo denique:

Ut VW, ad WP, ita AD ad AC.

Nam quæ conveniunt uni tertio, etiam inter ſe conveniunt.

F I N I S.

BARTHOLOMÆI PITISCI
Grunbergensis

PROBLEMATUM
ARCHITECTONICORUM

Liber Unus.

PRÆFATIO.

ETiam in Architecturâ Trigonometria usum habet: præsertim in Architecturâ militari. Quod ut Christianis militibus ostenderem, Princeps verè CHRISTIANVS, domus Anhaltinæ columen atq; decus, à me postulavit, & suppetias etiam ad eam rem mihi tulit, tam excelso ingenio dignas. Tanti igitur Principis & favore excitatus & manuductione adjutus, faciam, quod alioqui minimè facturus eram.

PROBLEMA PRIMUM.

Data multitudine laterum arcis regularis, quantitatem angulorum circumferentiæ reperire.

Arcem hic generaliter voco quemvis locũ munitum. Neque enim aliud vocabulum Latinum suppetit, quo exprimam id quod Germanicè dicitur, **Eine Festunge.**

Arx

Arx regularis eſt, quæ æqualibus & lateribus & angulis conſtat, verbi gratia, quatuor, quinq; , ſex, ſeptem, octo, &c. Nam trium laterum & angulorum arx nullius eſt precii. Neq; quatuor laterum arx multum valet. Igitur ad minimum quinque laterum & angulorum eſſe debet. Quo plurium autem eſt angulorum, eo eſt ad defenſionem commodior, ut docet Speckelius Architecturæ militaris Germanicæ fol. 17. A. §. 2. ſecundæ editionis, de anno 1599.

In tali igitur arce, data multitudine laterum, quantitas angulorum circumferentiæ reperitur hoc modo.

Circulum totum arci circumſcriptum, qui circulus ſemper ponitur 360. graduum, divide per multitudinem laterum, & quotum à ſemicirculo, hoc eſt, à duobus rectis ſubtrahe: quod reſtat, erit angulus circumferentiæ arcis.

Ratio præcepti patebit ex ſubjecto exemplo. Sit arx ſeptẽ angulorum EBC. Totus circulus dividatur per ſeptẽ: quotus



erit arcus BC, menſura anguli BAC. quo detracto de duobus rectis: in triangulo plano quovis, atq; adeo etiam in triangulo ABC, exiſtentibus: relinquetur ſumma angulorum ABC & ACB: quorum angulorum unuſquiſque eſt dimidium anguli circumferentiæ por ſtructuram. Ergo ſimul ſumti exhibent ipſum angulum circumferentiæ.

Praxis.

360gr. (51.gr.
7
35
———
10
7
———
3
60
———
180 (25′
7
14
———
40
7
35
———
5
60″
———
300 43″ ferè
7
28
———
20
7.

180.gr.
BAC. 51.gr.25′. 43″.
———
128.gr.34′. 17″.
ABD. 64.gr.17′. 8″$\frac{1}{2}$.
BAD. 25.gr.42′. 51″$\frac{1}{2}$.

PROBLEMA SECUNDUM.

Data quantitate laterum arcis regularis, diametrum circuli circumſcripti,

cumſcripti, ſimulq́ perpendicularem in latus arcis, atq́ hinc aream arcis invenire.

Quantitatem laterum ſingulorum uniuſcujuſque arcis regularis Speckelius vult eſſe 1000. pedum. Itali contenti ſunt 800. pedibus: ut refert idem Speckelius fol. 24. Belgæ variant. Quem nos ſequamur, ad Trigonometriam nihil intereſt. ergo Speckelii numerum retinebimus, quo retento latus BC erit 1000. pedum: ejuſque dimidium BD, erit 500. pe-



dum. Quo dato, facile erit latus AB & AD in triangulo ABC; quæ duo jam requiruntur, invenire. Nam in triangulo BAD omnes anguli dati ſunt per Problema antecedens. Poſito igitur latere dato BD, pro radio (facilioris calculi cauſa) latus AB erit ſecans, AD tangens, anguli DBA. Qui angulus in propoſito exemplo arcis ſeptem angulorum eſt 64. gr. 17'. 8'' $\frac{4}{7}$. Secans autem ejus anguli eſt *23047632*, tangens *20765195*. Dico igitur

Pro inventione lateris AB.

Ut BD radius — 10000000 | 23047632
ad AB secantem — 23047632 | 500
ita BD pedum — 500 | 1152|3816000
ad AB pedum — 1152|3816

Pro inventione lateris AD.

Ut BD radius — 10000000 | 20765195
ad AD tangentem — 20765195 | 500
ita BD pedum — 500 | 1038|2597500
ad AD pedum — 1038| 25975|

Quod multiplicatum per BD — 500

exhibet aream Trianguli ABC. 519129|87500

Quæ area multiplicata per — 7

exhibet aream totius Arcis 3633909|125

Speckelius in arce septem angulorum posito uno latere 1000. pedum invenit semidiametrum 1155. pedum. At invenire debuit 1152. pedum, error est. 3. pedum. In arce octo angulorum semidiametrum invenit 1300. pedum. At invenire debuit 1306. pedum, error est 6. pedum. In arce 16. angulorum semidiametrum invenit 2580. pedum. at invenire debuit 2563 . pedum, error est 17. pedum. Tantùm trigonometria mechanicis operationibus præstat.

PROBLEMA TERTIUM.

Partes præcipuas arcis, nempe cortinam, faciem, alam & angulum propugnaculi rectè constituere.

Cortina est linea sive longitudo valli inter duo propugnacula interjecta: qualis est hic linea EF. propugnaculum est FGHRS. facies propugnaculi est GH. ala FG. collum FC. Angulus propugnaculi est angulus GHR. Qui angulus vulgò dicitur

dicitur angulus defensus, sive defendendus: respectu anguli KOH, qui vulgo dicitur angulus defendens.



Posito igitur latere arcis BC 1000. pedum, Speckelius cortinam vult esse 500. faciem 400. alam 150. pedum.

Alii à facie propugnaculi incipientes eam volunt esse in arce maxima 400. in mediocri 350. in minima 300. pedum. Deinde facie pro libitu assumtâ, cortinam volunt continere quinque quartas, & alam duas quintas faciei. Quæ propor-

proportio cum Speckeliana propè convenit. Nam si faciem 400. pedum dividas in quatuor partes, hoc est, in quater centum pedes, cortina, si sit 500 pedum, exactè continebit quinq; talium partium. Sin eandem faciem 400. dividas in quinque partes, duæ quintæ efficient 160. pedes. quæ parum absunt à 150. pedibus.

Alii, diviso latere arcis in quinq; partes, cortinæ tribuunt hujusmodi partes 3. faciei 2. alæ $0\frac{3}{4}$ (hoc est $\frac{1}{4}$ cortinæ.) Qua ratione collo propugnaculi utrinque relinquitur pars una.

Angulum propugnaculi Speckelius semper vult esse rectum. Erhardus de Bar le duc itidem. Atqui in arce quadrangula vel quinquangula id locum habere nullo modo potest: ut ipsimet fatentur: imò in arce etiam sexangula vel septangula difficulter. Ideò præceptum illud de arce octo vel plurium angulorum inprimis est intelligendum. Itali plerique angulum propugnaculi faciunt obtusum, quod is sit cæteris firmior. In Belgio sunt artifices nobilissimi, qui angulum propugnaculi pro ratione anguli circumferentiæ arcis variandum esse censent: sic nimirum, ut quanto magis aperiatur angulus circumferentiæ, tantò magis etiam aperiatur angulus propugnaculi. Absurdum enim esse putant, ut angulo circumferentiæ crescente, angulus propugnaculi non simul crescat. In arce igitur quadrangula; quippe omnium minima; quia angulus circumferentiæ est minimus, nempe tantum 90. graduum, etiam angulum propugnaculi minimum esse volunt; Minor autem nunquam esse debet, quàm sexaginta graduum. Angulus ergo propugnaculi sive angulus defensus arcis regularis quadrilateræ erit 60. graduum. Quo posito angulus defendens necessario erit 150. graduum. Sit enim arx quadrilatera ABCDE &c. Quia igitur angulus GHF. ponitur 60. graduum: atque adeo angulus GHD. 30. graduum; angulus autem OHD, est 45. graduum; quippe æ-

qualis

qualis angulo CDQ. propter rectas OH & CD. parallelas: ideo angulus OHG. necessario est 15. graduum. Nam si 30.



subtrahas de 45. restant 15. Atqui anguli OHG sive OHT & OKT sunt æquales: per structuram. Ergo simul sumti complent 30. gradus: quibus de 180. gradibus subtractis, restant pro angulo KTH. 150. gradus: Quod demonstrandum erat.

In arce igitur omniũ minima, nempe quadrangula, ubi angulus circumferentiæ est rectus: angulus defensus est 60. defendens 150. graduum. In cæteris arcibus, quæ angulum circumferentiæ habent recto majorem, angulum defensum & defendentem, secundum illos, sic inquires.

Subtrahe angulum circumferentiæ minimum, hoc est 90. gradus, ab angulo circumferentiæ propositæ arcis: relicti dimidium adde ad minimum angulum defensum, hoc est ad 60. gradus; idemque dimidium aufer à maximo angulo defendente,

dente, nempe à 150. gradibus; & acquires iſtâ quidem operatione angulum defenſum, hâc verò angulum defendentem propoſitæ arcis.

Exemplum primum arcis quinquangulæ.

360 (72 gr.	180 gr.
5	72
35	108 Angulus circumferentiæ.
10	90
5	18
	dimid. 9
	60
	69 Angulus defenſus.
	150
	Idē dimid. 9
	141 Angulus defendens.

Exemplum ſecundum arcis ſexangulæ.

360 (60 gr.	180
6	60
	120 Augulus circumferentiæ.
	90
	30
	15
	60
	75 Angulus defenſus.
	150
	15
	135 Angulus defendens.

Exemplum tertium, arcis ſeptangulæ.

260 gr.	180
7 (51 gr.	51. gr. 25'. 43".
35	

10
7
3
60′
180 (25′
7
14
40
7
35
5
60″
300 (45 ferè.
7
28
20
7

128. gr. 34′. 17″½ Angulus circumferentiæ.
90
38 gr. 34′. 17″½
19. gr. 17′. 8″½
60 gr.
79. gr. 17′. 8″½ Angulus defensus.
150. gr.
19. gr. 17′. 8″½
130. gr. 42′. 51″½ Angulus defendēs.

Hâc ratione angulus defensus non prius fit rectus, quàm ventum sit ad arcem duodecim angulorum, Sed fit tamen recto proximus: quod satis est: & angulus defendens non fit nimis obtusus: quod planè vitiosum esset: Nam ut angulus defensus, quò rectior eò melior, ita angulus defendens, quò acutior eò melior. Sic igitur anguli defensi perfectio curanda est, ut anguli etiam defendentis perfectioni, quantum fieri potest studeatur.

Cæterum, si in inquisitione angulorum festinandum sit, sume duas tertias anguli circumferentiæ pro angulo propugnaculi: nec multum à scopo aberrabis: ut sequens calculus ostendet.

Angulus circumferentiæ.	Quadrang.	Quinq.	Sexang.	Sept.	Octang.
	90.	108.	120	129.	135
Una tertia	30.	36.	40.	43.	45
Duæ tertiæ	60.	72.	80.	86.	90.

Porrò, dicta proportio linearum & angulorum ſimul quidem conſiſtere poteſt, quamdiu principium lineæ defenſionis incertum relinquitur, nec ad concurſum alæ & cortinæ alligatur. At, ſi lineam defenſionis ex ipſo concurſu alæ & cortinæ perpetuò ductam velis, certa linearum ſimul & angulorum proportio obſervari non poteſt. Nam ſi dixero:

Multiplicatio.

Ut cortina 3.
ad alam $\frac{3}{4}$.
ita radius 10000000.
ad tangentē 2500000.

$\frac{3}{4}$ — $\frac{10000000}{1}$ | $\frac{300\ \&c.}{4}$

Diviſio per 3.

$\frac{1}{3}$ — $\frac{30000000}{4}$ | $\frac{300\ \&c.}{12}$

30000000 (2500000
12
2.4
60
12

Prodibit angulus à cortina & linea defenſionis comprehenſus. 14 gr. 2'. 10. At debebat eſſe
In quadrangulo 15. gr.
In quinquangulo 19. gr. 30'.
In ſexangulo 22. gr. 30'.
In ſeptangulo 24. gr. 39'. & ſic deinceps.

Igitur in tali caſu, quando nimirum linea defenſionis ex concurſu alæ & cortinæ ducenda eſt, vel lineæ angulis, vel vel anguli lineis cedant oportet. Quod ſi ergo angulos retinere cupis inconcuſſos, alæ quantitatem pro ſingulis multangulis peculiariter inquiras, hoc modo. Angulus à cortina & linea defenſionis comprehenſus: nempe in ſchemate tertio angulus GBC: eſt, ut modo diximus:

		Tangentes illorum angulorum ſunt.
In quadrangulo	15 gr.	2679492.
In quinquangulo	19 gr. 30'.	3541186.
In ſexangulo	22 gr. 30.	4142136.
In ſeptangulo	24 gr. 39.	4588917.

Dico



Dico igitur:

Pro quadrangulo.

Ut radius.	10000000	2679492—3
ad tangentem.	2679492	3—3
Ita cortina.	3	8038476—0
ad alam.	$\frac{4}{5}$	1|0000000

Pro quinquangulo.

Ut radius.	10000000	3541186—1
ad tangentem	3541186	3—3
Ita cortina.	3	1|0623558—3
ad alam.	$1\frac{6}{100}$	1|0000000

Pro ſexangulo.

Ut radius.	10000000	4142136—3
ad tangentem.	4142136	3—3
Ita cortina.	3	1|2426408
ad alam.	$1\frac{1}{4}$	

Pro ſeptangulo.

Ut radius.	10000000	4588917—6
ad tangentem.	4588917	3—3
Ita cortina.	3	1|3766781
ad alam.	$1\frac{2}{5}$ &c.	

Alâ ſic inventâ, ſi faciem vis immutabiliter eſſe duarum partium, qualium cortina eſt trium, variabit collum: & quantitas ejus ſic reperietur:

I. Ut GH. radius ad ſinum GO.
Ita GH. 2. ad GO -----
Quo addito ad GC----
Fit OC. vel HP ---

II. Ut GH. radius ad ſinum HO
Ita GH. 2. ad HO vel CP ----

III. Ut HP radius ad PD tangentem
Ita HP partium ---- ad PD
Quo demto de CP.

Relinquitur CD.

Exemplum hujuſce calculi videbis infra, ſub finem problematis decimiſeptimi.

PROBLEMA QUARTUM.

Qualeſcunque dentur, cortina, facies, ala, atque angulus propugnaculi: quanta futura & in quam partem cortinæ caſura ſit linea defenſionis, invenire.

In priore ſchemate problematis antecedentis latus BC ſit latus arcis ſeptangulæ. Angulus igitur B A C erit 51. gr. 25'. 43". Angulus verò BAD 25. gr. 42'. 51"$\frac{1}{2}$. quippe dimidius anguli BAC, Angulus denique ABD erit 64. gr. 17'. 8"$\frac{1}{2}$: quippe anguli BAD complementum: omnia, per problema primum. Ponatur jam angulus propugnaculi GHR 84. gr. 16'. angulus igitur



igitur GHC erit 42. gr. 8. Quem si subtrahas ab angulo QHC. qui est æqualis angulo DCA. 64. gr. 17′. 8″½. restabit angulus QHG. 22. gr. 9′. 8″½. Cujus complementum est angulus QGH. 67. gr. 50′. 51″½. cui æquatur angulus FGI. unde liquet triangula QGH. & FGI. esse prorsus æquiangula: quod & structura indicat. Porrò, si angulum QGH 67. gr. 50′. 51″½. subtrahas à duobus rectis, restabit obtusus FGH. 112. gr. 9′. 8″½. Si eundem angulum QGH. vel MOH duplum sumas, habebis obtusum KOH 135. gr. 41′. 43″. Denique si angulum DCA

64. gr.

64.gr.17′.8″$\frac{1}{2}$. ſubtrahas à duobus rectis, habebis obtuſum FCH.115.gr.42′.51″$\frac{1}{2}$. Atque ita omnes anguli in hac figura noti erunt.

De lateribus, datum ſit latus arcis BC. 1000. cortina EF 500. facies GH. 400. ala FG 150. pedum, ex Speckelii inſtituto. Latera igitur DF & FC ſingula erunt 250. pedum.

Quibus ita poſitis primum inquiratur longitudo lineæ defenſionis IH, hoc modo: In Triangulo IGF. datum eſt latus GF 150. pedum, dati ſunt etiam anguli FGI & FIG: ille quidem 67.gr.50′.51″$\frac{1}{2}$. hic verò 22.gr.9′.8″$\frac{1}{2}$. Ponatur igitur latus datum FG. pro radio; Quo facto latus IG erit ſecans anguli FGI.67.gr.50′.51″$\frac{1}{2}$. Atqui illius anguli ſecans eſt 26520216. Dico igitur

Ut FG radius	10000000	26520216—6
ad GI ſecantem	26520216	150—6
ita FG pedum	150	1326010800
ad GI pedum	397|80324	26520216
Quo addito ad GH	400	397|8032400—0
efficitur IH	797|80324	

longitudo lineæ defenſionis: quam circiter 800. pedum artifices eſſe volunt, nempe pro ictu bombardæ furca ſuſtentatæ.

Deinde inquiratur, in quam partem cortinæ linea defenſionis incidat. h. e. quantum diſtet punctum I. à puncto E. ſive quanta ſit recta EI?

Eaq; inquiſitio inſtituatur hoc modo.

In eodem Triangulo IFG. & eodem latere FG pro radio poſito, ut IG eſt ſecans, ita IF eſt tangens anguli FGI. 67.gr. 50′.51″$\frac{1}{2}$. Atqui tangens illius anguli eſt 245626 10 Dico igitur;

UtFG

Ut FG radius	10000000	24562610 -- 8
ad FI tangentem	24562610	150 -- 6
Ita FG pedum	150	1228130500
ad FI pedum	368|43915	2456261
Quo detracto de FE	500|00000	368|4391500 -- 3

Relinquitur EI pedum 131|56085. distantia inter lineas defensionis ab ala. Quam distantiam alii artifices multò minorem, nempe tantùm duodecim pedum aut circiter: nonnulli etiam planè nullam esse volunt. At invenias exempla viva arcium exactissimè munitarum, in quibus distantia EI. sit plus quam 200. pedum, & perparum à medio cortinæ distet.

PROBLEMA QUINTUM.

Ex iisdem datis punctum decussationis duarum linearum defensionis, quantum & à latere arcis & ab extremitate alæ distet, invenire.

Punctum illud in hoc nostro schemate & punctum O. distantia ejus à latere arcis est recta DO. ab extremitate verò alæ recta OG. Hæ igitur duæ lineæ nempe recta DO & recta OG. hoc loco quæruntur. Inventio autem earum tota consistit in solutione trianguli IOD. in quo quia latus ID. jam notum est, vel certe notum esse potest per Problema antecedens. Nam, si

repertam ibi rectam EI	131|56085
subtraxeris à recta ED	250|
Restabit recta ID	118|43915

Pono hoc latus ID pro radio. Qua positione latus DO erit tangens, IO. secans, anguli DIO. 22. gr. 9'. 8''½. per problema antecedens. tangens autem illius anguli est 4071228. secans 10796987. Dico igitur.



I. Ut ID radius —	10000000
ad DO tangentem	4071228
Ita ID pedum —	118|43915
ad DO pedum —	48|21928

11843915 — 5
4071228 — 6

94751320
23687830
23687830
11843915
82907405
47375660

48|21927|8377620 -- 3.

II. Ut ID radius —	10000000
ad IO secantem —	10796987
ita ID pedum —	118|43915
ad IO pedum —	127|87859
Quo detracto de IG	397|80324
Relinquitur OG —	269|92465
Quo addito ad GH	400|
efficitur OH —	669|92465

11843915 — 5
10796987 — 2
82907405
94751320
106595235
71063490
106595235
82907405
11843915
127|87859|6284105 — 1

PROBLEMA SEXTUM.

Extremorum propugnaculorum distantiam, & à se invicem & à centris suis; atque etiam à centro arcis, simulque perpendicularem à centro arcis in rectam extrema propugnacula connectentem, invenire.

Extrema propugnacula voco extremitates sive cuspides propugnaculorum, nempe puncta K & H quorum punctorum distantia ab invicem est recta KH, distantia vero eorundem illorum punctorum à suis centris, hoc est, à centris propugnaculorum B & C sunt rectæ BK & CH. distantia porrò punctorum illorum à centro arcis est recta AK vel AH; perpendicularis denique à centro arcis in rectam KH est recta AM. Ad quas lineas omnes inveniendum opus est solutione triangulorum GQH & AMH.

In triangulo GQH. præter omnes angulos nota est etiam hypotenusa GH. qua pro radio posita latera GQ & QH sunt sinus oppositorum ipsis angulorum, qui sinus ita habent ut sequitur.



Anguli minoris GHQ 22 gr. 9'. 8"$\frac{1}{2}$. ſinus eſt 3770709.
Anguli majoris GQH 67. gr. 50'. 51"$\frac{1}{2}$. ſinus eſt 9261844.

Dico igitur,

I.	Ut GH radius	—	10000000		
	ad GQ ſinum	—	3770709		3770709 — 6
	Ita GH pedum	—	400		400 — 4
	ad GQ pedum	—	150	82836	150, 8283600 — 6
	Quæ addito ad FG	—	150		

Efficitur

Efficitur QF vel MD —	300|82836	
Quo rursum addito ad AD	1038|25975	
efficitur AM —	1339|08811	
II. Ut GH radius —	10000000	9261844
ad QH sinum —	9261844	400
PROBLEMA PRIMUM.

Datis duobus locis sola latitudine differentibus, eorum distantiam invenire.

CASUS PRIMUS.

Si utriusque loci latitudo sit versus eundem polum: ut est locorum F & G.



REGULA. Subtrahe latitudinem minorem EF, à majore EG, differentiam FG, quæ post subtractionem restabit, converte in milliaria: & negocium confectum erit.

EXEMPLUM. Basilea Rauracorum & Friburgum Brisgoiæ, longitudinem habent eandem nempe 27. gr. 45. m. & sita sunt versus eundem polum: nempe septentrionalem. Sed latitudine differunt. Et Basileæ quidem latitudo est 47. grad. 30'. velut EF, Friburgi verò latitudo est 48. gr. 13'. velut EG.

Primum

Primum igitur ab	EG, 48. gr. 13'.
Subtraho	EF, 47. 40.
Et restat	FG, 0. gr. 33. m.

Deinde dico:

1. gr. dat 15. milliaria, quid dant 33. m.
60. m.

15.
165.
33.
495.
60. (Rc. 8¼. milliaria.

CASUS SECUNDUS.

Si alterius loci latitudo sit septentrionalis, alterius meridionalis: ut est locorum H & G.

REGULA. Adde latitudinem utranq;: & summam in milliaria converte hoc modo.

EXEMPLUM. Bellogradum in Europa (Griechisch Weissenburg) & Caput bonæ spei in Africa, habent eandem longitudinem, nempe 48. gr. 30. m. Sed latitudinem, illud quidem septentrionalem, tanquam EG, 44. gr. 30'. Hoc verò meridionalem tanquam EH, 35. 30.

Additis igitur EG, 44. 30.
& EH, 35. 30.

Diço 1. gr. dat 15. milliaria: quot milliaria dant 80. grad.
Rc. 1200.

PROBLEMA SECUNDUM.

Datis duobus locis sola longitudine differentibus, eorum distantiam invenire.

CASUS PRIMUS.

Si uterque locus situs sit sub æquatore, Vt A & E.



REGULA. Subtracta longitudine minore à majore, differentiam converte in milliaria, & habebis distantiã quæsitam.
EXEMPLUM. Insula S. Thomæ in Africa, sub Æquatore sita, longitudinem habet 32. gr. 20. m. Insula Sumatra prope Indias orientales, sub eodem Æquatore sita, longitudinem habet 131.

Igitur à 131. gradibus.
Subtraho—32. gr. 20. m.

Et restat differentia 98. gr. 40. m.

Tum

Tum dico:

1. gr. dat 15. milliaria: quid dant 98. gr. 40.m.

℞. 1480. milliaria.

Tanta eſt diſtantia inter iſtas duas inſulas: ſi utriuſq; inſulæ medium & quaſi centrum ſpectes.

CASUS SECUNDUS.

Si uterq; locus ſitus ſit extra Æquatorem.

REGULA. Hic ſolvendum eſt Triangulum æquicrurum FBG, in quo crura æqualia FB & BG, ſunt complementa latitudinum æqualium AF & EG. Angulus FBG, eſt differentia longitudinis. Qui angulus, ſive ſit rectus, ſive obliquus, Triangulum FBG, facilimè ſolvitur, ſi dimiſſo à B, in I, perpendiculo BI, in duo Triangula FBI, & IBG, dislocetur. Quia enim duo illa Triangula erunt æqualia: per 23.p.1. ideo invento arcu IG, in Triangulo IBG, etiam arcus FI, in Triangulo FBI, inventus erit.

Dico igitur per axioma tertium.

Ut BIG, rectus ad BG, complementum latitudinis:
Ita IBG, dimidia differentia longitudinis,
ad IG, dimidiam diſtantiam.

Vel.

Continuato perpendiculo BI, in K, ut ſit quadrans BK, quia Triangulum IHK, angulos ad I & K, habet rectos: ad I, per theſin, ad K, per 57.p.1. ac proinde latera IH, & KH, ſunt quadrantes: per 68 p.1. Et denique arcus GH & EH, arcuum IG & KE, complementa per 9. p. 1. Ideo in Triangulo GEH, rectangulo ad E, per 57.p.1. inquiro complementum tertii lateris GH, nempe arcum GI, per axioma quartum.

EXEM-

EXEMPLUM. Noriberga & Amberga propemodum eandem latitudinem habent, nempe Noriberga 49. grad. 22. m. Amberga 49. gr. 24. m. Hoc eſt, uterq; locus habet latitudinem circiter 49. gr. 23. m. Longitudine autem differunt. Nam longitudo Noribergæ eſt 31. gr. 45. m. Ambergæ 32. gr. 30. m. Differentia longitudinis eſt o. gr. 45. m.

Sit ergo Noriberga F, Amberga G, ac proinde AF, vel EG, 49. gr. 23'. FB vel GB, 40. 37. FBG, ſive AE, o. gr. 45. m. KE, o. gr. 22½. m. EH, 89. gr. 37½. min.

Per axioma tertium calculus talis erit.

Ut BIG, 90. gr. ad BG, 40. gr. 37'.	ita IBG, o. gr. 22½.	
100000.	65099.	654.
	654.	
	260396.	
	325495.	
	390594.	
ad 425 ſinum arcus	74746.	

At per axioma quartum calculus talis erit.

GE, 49. 23.	idem 49. 23.		
EH, 89. 37½. Compl.	0. 22½.		
139. 0½.	49. 45'½.	Sinus	76333.
Exc. 49. 0½. Sinus	— — — —		75480.
			853.
			426.

Sinus arcus GI, o. grad. 14'. 40". cujus duplum eſt arcus FG, o. grad. 29'. 20". cui arcui reſpondent milliaria 7⅓.

Nam ut

Nam ut 60. min. ad 15. milliaria, ita $29\frac{1}{3}$. minut. ad $7\frac{1}{3}$. mill. Ergo Noriberga & Amberga invicem distant $7\frac{1}{3}$. milliaribus. Vulgò octo milliaria integra numerant.

PROBLEMA TERTIUM.

Datis duobus locis & longitudine & latitudine differentibus, eorum distantiam invenire.

CASUS PRIMUS.

Si alter locus situs sit sub æquatore, alter extra Æquatorem, ut ◡AG, vel ◡AF, vel FC.



REGULA PRIMA. Si differentia longitudinis sit quadranti æqualis: ut est locorum A & G, distantia AG, est quadrans. A enim est polus circuli maximi BGD, per 56. p. 1. Ergo omnes arcus inde ad BGD, ducti sunt quadrantes, per eandem.

EXEMPLUM. Insula Sumatra longitudinem habet 131. gr. latitudinem nullam.

Buda metropolis Hungariæ, longitudinem habet 41. grad. lat. 47. gr.

Differentia longitudinis est 90. gr. Subtractis enim 41. de 131. remanent 90.

Ergo distant inter sese 90. gradibus, hoc est, milliaribus Germanicis 1350. Nam ut 1.—ad 15.—ita 90. ad 1350.

REGULA SECUNDA. Si differentia longitudinis sit quadrante minor: ut est locorum A & F. Solvendum est Triangulum AEF, per axioma quartum: vel illi adjacens FBG, per primum aut tertium.

EXEMPLUM. Insula S. Thomæ longitudinem habet 32. gr. 20'. latitudinem nullam: tanquam si ad A, sit sita. Amsterodamum in Hollandia longitudinem habet 26. gr. 30. m. latitudinem 52. gr. 40. m. tanquam F.

Differentia longitudinis ABF, vel per 58. p. 1. AE, est 5. gr. 50. m.

Distantia quæsita est AF.

Calculus per axioma quartum talis erit.

AE, 5. gr. 50'.		Idem	5. gr. 50'.		
EF, 52.	40.	Compl.	37.	20.	
58.	30.		43.	10.	—68412.
31.	30.	—	—		52250.
					120662.
					60331.

Sinus arcus FG, 35. grad. 41'. cujus complementum est AF, 54. gr. 19'.

Per

Per axioma primum calculus talis erit.

Ut BE, 90. gr. ad EH, 84. 10. ita BF, 37. 20. ad FG.

100000. *99482.* *60645.*

60645.

497410.
397928.
596892.
596892.

60330|85890.

Sinus arcus |

FG, 35. gr. 41. m. cujus compl. est AF, 54. gr. 19. min. cui respondent milliaria Germanica 814$\frac{3}{4}$. Nam

Ut 1. gr. ad 15. mill. ita 54. gr. 19. m.

15.

270. *NB. 4$\frac{3}{4}$. est quarta pars ex 19 sicut 15. est quarta pars è 60.*

54|4$\frac{3}{4}$.

ad 814$\frac{3}{4}$. milliaria.

Per axioma tertium calculus est idem qui per axioma primum.

Nam proportio:

Ut BGF, ad BF, ita GBF ad GF.

Prorsus eosdem numeros gignit, quos proportio:

Ut BE ad EH, ita BF ad FG.

Nisi quod duo termini intermedii sunt transpositi; quæ transpositio in calculo nihil mutat, per 42. p. 5.

REGULA TERTIA. Si differentia longitudinis sit quadrante major: ut est locorum F & C. Solvendum venit Triangulum FCE, rectangulum ad E, sed Triangulum illud latera FC & EC, habet quadrantibus majora. Ergo pro eo solvas Triangulum AEF, Triangulo FEC adjacens, & negocium

confectum erit. Nam per ſolutionem Trianguli AEF, reperies arcum FG, quo addito ad quadrantem GC, conflabitur arcus FC, quæſitus.

EXEMPLUM. Heidelbergæ longitudo eſt 30.gr.45.m.latitudo 49.gr.35′. tanquam quæ ſita ſit ad F. Sumatræ longitudo eſt 131.gr. latitudo nulla, tanquam quæ jam ſit ad C.

Differentia longitudinis eſt 100.gr.15′. EC, ejuſq; complementum AE, 79.gr.45.m.

Calculus per axioma quartum talis erit.

EF,	49.35.	—	—	49.35.		
AE.	79.45.	—	—	10.15.		
	129.20.	—	—	59.50.	—	86456
Exc.	39.20.	—	—	—	—	63383
						23073
						11536

Sinus arcus FG, 6.gr.37′½.m. quo addito ad FC, 90. efficitur arcus 96.gr.37′½.m. cui arcui reſpondent milliaria Germanica 1449 $\frac{5}{16}$.

CASUS SECUNDUS.

Si uterq; locus ſitus ſit extra Æquatorem: Vt FH vel FG, vel FI, vel IK, &c.

REGULA PRIMA. Si uterq; locus ſitus ſit verſus eundem polum: ſemper datur Triangulum congruens ad axioma quartum, ſive angulus ad B, ſit rectus, ſive obliquus. Ut ſi loca data ſint, FG, datur ſolvendum Triangulum FBG, cum acuto ad B. Si loca data ſint F, H, datur ſolvendum Triangulum FBH, cum recto ad H. Si loca data ſint F, I, datur ſolvendum Triangulum FBI, cum obtuſo ad B.

EXEM-

EXEMPLUM PRIMUM. Congruens ad formam Trianguli FBG. acutanguli ad B.

Grünberga prima patria mea longitudinem habet 38. gr. 10. m. latitudinem 52. gr. 2. m.

Heidelberga, altera patria mea, longitudinem habet 30. gr. 45. m. Latitudinem 49. gr. 35. m.

Sit ergo F, Heidelberga. G, Grünberga.

Differentia longitudinis BG, est 7. 25. distantia quæsita FG. Complementum latitudinis minoris AF, 49. gr. 35. m. est FB, 40. gr. 25. m.

Complementum latitudinis majoris LG, 52. grad. 2. m. est BG, 37. grad. 58. m.

Calculus igitur talis erit.

BG,	37.58.	—	37.58.		
FB,	40.25.	—	49.35.		
	78.23.		87.33.	—	99909.
	11.37.	—	—	—	20136.
				93	FBG.

FBG, 7.25. 100000. 79773.
81.35.| 99163. 39886.
837.
Ut 100000. ad 39886. ita 837.
837.
279202.
119658.
319088.
ad—33384582.
quo detracto|
de 99909. relinquitur 99576. sinus arcus GH, 84. grad. 44. m. cujus compl. est 5. gr. 16. m. arcus FG, quæsitus. Cui arcui FG, 5. gr. 16. m. respondent milliaria Germanica 79. m.

EXEMPLUM SECUNDUM. Congruens ad formam Trianguli FBH, rectanguli ad B.

Spiræ longitudo est 28. gr. 45. m. latitudo 49. gr. 20. m. Daroacanæ civitatis Paropanisi, regionis Asiæ, longitudo est 118. gr. 45. m. latitudo 34. gr. 45. m.

Differentia longitudinis 90.

Distantia quæsita FH.

Complementum latitudinis minoris AF, 34. gr. 45. m. est FB, 55. gr. 15. m.

Complementum longitudinis majoris EH, 49. gr. 20. m. est HB, 40. gr. 40. m.

Calculus igitur talis erit.

HB, 40. gr. 40'. — — 40 gr. 40'.
FB, 55. gr. 15'. — — 34. 45.
95. 55. — — 75. 25. — 96778
5. 55. — — — — — 10308
86470
43235. Sinus
Arcus

Arcus 25. gr. 38. m. cujus compl. est arcus FH, 64. gr. 22. m. cui respondent milliaria Germanica 965½.

EXEMPLUM TERTIUM. Congruens ad formam Trianguli FBI, obtusanguli ad B.

Heidelbergæ longitudo est 30 gr. 45. m. lat. 49. 35.

Carticardamnæ in India, ubi S. Thomas Apostolus sepultus esse dicitur, longitudo est 136. gr. 50. m. latitudo 12. gr. 40. m.

Differentia longitudinis est 106. gr. 5. m. tanquam angulus FBI, obtusus.

Distantia quæsita est FI.

Complementum latitudinis minoris AF, 12. gr. 40'. m. est FB, 77. gr. 20'.

Complementum latitudinis majoris IL, 49. gr. 35. m. est IB, 40. gr. 25. m.

Calculus igitur talis erit.

IB, 40.25. — 40.25.
FB, 77.20. — 12.40.
117.45. 53. 5. — 79951.
27.45. — — — 46561.
126512.
63256.

FBI, 106. 5. | 100000.
Exc. 16. 5. 27704.
127704. Sinus versus.
63256. Medietas rectæ.
766224.
638520.
255408.
383112.
766224.
80780 | 44224.

79951.|

829. Sinus arcus o. grad. 28½. min. qui additus ad quadrantem 90. grad. constituit arcum quæsitum FI, 90. grad. 28½. m. Cui arcui respondent milliaria Germanica 1357.

REGULA SECUNDA. Si alter locus situs sit versus polum septentrionalem: alter, versus polum meridionalem: ut G & K. Item H & K, Item I & K, semper datur Triangulum ejusmodi, cujus alterum latus circa angulum datum sit quadrante majus: ut BK. Ergo pro illo latere BK, sumendum est ejus complementum ad semicirculum BF, hoc est, pro Triangulo GBK, solvendum est Triangulum GBF: pro Triangulo HBK, solvendum est Triangulum HBF: pro Triangulo IBK, solvendum est Triangulū IBF. Omnia per axioma quartum.

EXEMPLUM UNICUM.

Heidelbergæ longitudo est 30. gr. 45. m. latitudo Septentrionalis 49. gr. 35. m.

Iavæ majoris, si spectes punctum ejus medium, longitudo est 141. gr. 40. m. latitudo 10. gr.

Differentia longitudinis est 110. gr. 55. m. tanquam angulus GBK, obtusus: cujus compl. est 60. gr. 5. m. angulus FBG, acutus. Distantia quæsita GK.

Complementum latitudinis septentrionalis MG, 49. gr. 35. m. est BG, 40. gr. 25. m.

Complementum latitudinis meridionalis KC, 10 gr. est KD, cui respondet BF, 80. gr. Nam ut KD, est complementū arcus KB, in semicirculo DKB, ita BF, est complementum arcus KB, in semicirculo KBF.

Igitur

Igitur in Triangulo FBG, calculus talis erit.

BG, 40. 25. — — 40. 25.
BF, 80. 0. 10. 0.

120. 25. 50. 25. — 77010.
30. 25. — — — 50628.

FBG, 69. 5. | 100000. 127638.
20. 55. | 35701. 63819.
Sinus versus 64299. 64299.

574371.
574371.
127638.
155276.
382014.

41034. | 97881.
77010. |

35976. Sinus arcus 21. gr. 5. m. qui additus ad quadrantem 90. gr. constituit arcum GK, quæsitum 111. gr. 5. m. cui arcui respondent milliaria Germanica. 1666$\frac{1}{4}$.

FINIS.

BARTHOLOMÆI PITISCI
Grunbergensis

PROBLEMATUM GNOMONICORUM

Liber Unus.

PRÆFATIO.

IN Gnomonicis præstant Solaria: & in his Sciotherica communia: in quibus stylus est axis: lineæ verò horariæ sunt circulorum horariorum, per vicesimas quartas partes Æquatoris, & utrumq; mundi polum incedentium, sectiones communes cum plano dato. Et hæ quidem ab axe facilè deducuntur. At axem collocare; hoc opus, hic labor est: præsertim in planis meridiano obliquis: in quibus omnibus, tàm meridiana plani, quã elevatio poli supra planũ, atq; adeo elevatio axis supra meridianam plani, & in nonnullis etjam meridiana loci ignoratur. De his igitur, scitu perquàm utilibus & jucundis, tria hoc loco Problemata proponemus: & in gratiam studiosæ juventutis addemus quartum, de lineis horariis in quovis plano ducendis.

PROBLEMA PRIMUM.

Dato plano, & ad meridianum & ad verticalem primarium obliquo, sed ad horizontem recto, hoc est, dato plano simpliciter declinato, meridianam plani & elevationem poli supra planum invenire.

Meri-

Meridianam plani voco communem sectionem meridiani proprii cum plano dato. Nam unumquodque planum, ut horizontem, ita meridianum habet proprium, qui est circulus per polos mundi & plani ductus, atque idcirco, tam plano, quàm Æquatori normalis. In quo circulo numeratur elevatio poli supra planum: quæ nihil aliud est, quàm arcus meridiani proprii, inter horizontem plani, hoc est, inter circulum maximum, cui planum æquidistat, & polum proximum interceptus.

Sit ergo meridianus loci ABCD. Horizon AEC, verticalis primarius BED, punctum orientale E, planum verticale BKD, horizonti rectum ad F, at à verticali primario declinatum angulo EBF, sive arcu EF, cujus complementum est angulus FBC, sive arcus FC. Et sint poli mundi G & I, polus plani H, adeoque meridianus plani GHI, plano rectus ad *K*, centrum mundi L, communis sectio meridiani loci cum plano dato atque adeo meridiana loci BLD,

communis ſectio meridiani proprii cum plano dato, atque adeo meridiana plani KLM. Quærantur autem 1. elevatio poli G, ſupra faciem plani ſeptentrionalem, ſive ſupra punctum K, hoc eſt, arcus GK, cui ex oppoſito reſpondet arcus MI, elevatio poli antarctici I, ſupra faciem plani meridionalem, nempe ſupra punctum M, 2. diſtantia meridianæ plani KLM, à meridiana loci BLD, hoc eſt, angulus BLK, vel MLD quem metitur arcus BK, vel MD.

Factis quadrantibus KN & FN, quia in Triangulo GCN, data ſunt duo latera rectum includentia: nempe GC, elevatio poli, & CN, declinatio plani. (Nam CN & EF æquantur, per ſtructuram.) Ideo primum ſolvo Triangulum GCN. per ax. 4. Deinde reperto arcu GK, in Triangulo BGK, dico:

Ut CF, tang. ad FB, rad. ita GK, tang. ad KB, ſin. per ax. 2.

Vel.

Ut radius ad tangentem complementi CF, ita GK, tang. ad KB, ſinum per compendium 2.

EXEMPLUM. Sit planum meridionale (hoc eſt, meridiei obverſum) ſed declinatum dextrum, (hoc eſt, verſus orientē) 30. gr. Et ſit elevatio poli 49. gr. 35. m. Quærantur autem & diſtantia meridianæ plani à meridiana loci, & elevatio poli ſupra planum: ſive, quod idem eſt, elevatio axis, ſupra meridianam plani.

I. Primum ſolvo Triangulum GCN, per axioma quartum, hoc modo:

CN, 30. 0.	— 30. 0.		
GC, 49. 35.	— 40. 25.		
79. 35.	70. 25.	—	94215.
10. 25.	—	—	18080.
			112295.
			56147, Sinus arcus GK, 34. gr.

34. gr. 9½. m. Quæ est elevatio poli arctici supra faciem plani septentrionalem, cui ex opposito æquatur arcus MI, elevatio poli antarctici supra faciem plani meridionalem.

II. Deinde in Triangulo BKG, dico: per ax. 2.

Ut CF, tang. 60. gr. ad FB, rad. ita GK, tang. 34. gr. 9½. m.

173205. 100000. 67850.

ad 39173. sinum arcus BK, vel DM, distantiæ meridianæ plani à meridiana loci, 23. gr. 4. m.

Ergo in tali plano, si horizon loci sit ◡AC, meridiana loci LD, descripto horizonte plani ◡ABCD, (in praxi sufficit quadrans ◡AD.) & numeratis à D, in M, 23. gradibus, 4. minutis, & ab M, in I, 34. gr.

9½. min. meridiana plani (quam vulgò vocant substylarem) erit LM. Elevatio poli antarctici MI, (quasi jam arcus ◡MI, esset meridianus proprius supra punctum M, perpendiculariter erectus,) adeoq; axis LI, extollendus supra meridianam plani L◡M, angulo MLI.

PROBLEMA SECUNDUM.

Dato plano & ad meridianum & ad horizontem obliquo; sed ad verticalem primarium recto: hoc est, dato plano simpliciter inclinato: (qualia plani sunt, quæ ab ortu versus occasum, aut contra, ab occasu versus ortum inclinantur) meridianam plani, & elevationem poli supra planum invenire.

Sit meridianus loci ABCD, horizon AEC, verticalis primarius BED, punctum occidentale, sed ab oriente spectatum E, planum orienti obversum, AFC, sed à puncto verticali B, versus punctum occidentale E, inclinatum arcu BF, angulis ad F, rectis. Et sint poli mundi G & I, polus plani H, adeoque meridianus plani GHI, & per consequens, elevatio poli arctici supra planum arcus KG, & distantia meridianæ plani LK, à meridiana loci LC, arcus KC. Qui duo arcus quærantur.



Conti-

Continuatis lateribus FB & KG.& factis quadrantibus FN & KN, quia in Triangulo BNG, nota sunt duo latera, includentia rectum ad B, nempe BN, complementum inclinationis poli, & BG, complementum elevationis poli. Primùm ſolvo Triangulum BNG, per ax. 4. Deinde, reperto per ax. 4. arcu GK. dico per ax. 2.

Ut BF, tang. ad FC, rad. ita GK, tangent. ad KC, ſinum.

Vel per compendium 2.

Ut rad. ad tang. complementi BF, ita GK, tang. ad KC.

EXEMPLUM. Sit planum orientale inclinatum 30. grad. adeoq; arcus BF, ſit 30. gr. BN. 60. gr. Elevatio poli GC, 49. gr. 35. m. complementum elevationis poli GB, 40. gr. 25. m. Quærantur autem arcus GK, & KC, ſive anguli GLK & KLC. hoc eſt, ut vulgo loquuntur: quærantur, diſtantia ſtyli GL, à ſubſtylari KL, & hujus à meridiana loci CL.

Primum ſolvo Triangulum BNG, per ax. 4. hoc modo.

BG, 40.25.	— 49.35.		
BN, 60.25.	— 30. 0.		
100.25.	79.35.	—	98352.
10.25.	—	—	18080.
			80272.
			40136.

Sinus arcus GK, diſtantiæ ſtyli à ſubſtylari, 23. grad. 40. min.

Deinde in Triangulo GKC, dico: per ax. 2. vel per compend. 2.

Ut BF, tang. 30. gr. ad FC, ita GK, tang. 23. gr. 40′.

57735.	100000.	43827.

Ad

Ad 75910.ſinum arcus KC, diſtantiæ ſubſtylaris ſive meridianæ plani à meridiana loci 49.gr.23.m.per 2.ax.ſphær.

In tali igitur plano ſi horizontalis, eademq; meridiana loci ſit AC, verticalis BD, numeratis in quadrante horizontis plani BC, gr. 49. gr. 23'. à C, in K, meridiana plani, ſive ſubſtylaris erit LK, & inde à K, in



G, numeratis 23. gr. 40. m. elevatio poli borealis ſupra planum erit GK, adeoq; axis erit LG, extollendus ſupra meridianam plani angulo KLG.

PROBLEMA TERTIUM.

Dato plano & ad meridianum, & ad horizontem, & ad verticalem primarium obliquo, hoc eſt, dato plano inclinato declinato, meridianã, tàm loci, quàm plani, & elevationem poli ſupra planum invenire.

Sit meridianus loci ABCD, Horizon AEC verticalis primarius BED, punctum Orientale E, verticalis declinatus BKD, & ſub eo planum inclinatum NKI, angulis ad K, rectis.

Poli

Poli mundi G & I, polus plani H. Meridianus plani GH. angulus declinationis EBF, arcus inclinationis BK.



Ante omnia autem quæratur arcus KN, diſtantia meridianæ loci NL, à verticali plani KL, per ax. 2. Deinde arcus BN, per axioma 3 vel 4. poſthæc angulus BNK, per ax 3. hoc eſt, ut uno verbo dicam, ſolvatur Triangulum BKN. Quo ſoluto, arcus BN, vel repertus eſt, æqualis complemento elevationis poli BG, vel minor, vel major.

CASUS PRIMUS.

Si arcus BN, repertus fuerit æqualis complemento elevationis poli BG, indicio eſt, planum ſub merid ano obliq; uſq; ad polum inclinatum eſſe. In quo caſu meridiana loci, & plani, itemq; axis, in eandem lineam GL, concurrunt: ſi planum in ipſo circulo maximo KN, conſiſtere fingatur. At ſi planum non in ipſo circulo maximo KN, ſed in aliquo ipſius parallelo

ſ conſi-

conſiſtere fingatur, & axis à plano nonnihil abducatur, (ut neceſſariò fit, ſi ſcioterícum abſoluere libeat) meridianæ loci, & plani ſunt duæ lineæ inter ſeſe parallelæ: & ſejunguntur mutuo ſecundum differentiam longitudinis loci & plani: quæ differentia eſt penes angulum HGC, qui eſt complementum anguli BNK, nuper inventi: quia angulus KGH, eſt rectus per 57. p. 1. quippe cum meridianus plani per polos plani incedat. Tres autem ad G vel N, concurrentes ſunt æquales duobus rectis per 20. p. 1.

EXEMPLUM. Sit planum meridionale declinatum dextrum 29. gr. 59. m. inclinatum verſus polum arcticum 23. grad. 3. m. Elevatio poli 49. gr. 35. m. Quærantur autem in eo meridiana loci & plani, atq; elevatio poli ſive axis ſupra planum. Calculus talis erit.

I. Ut BF, rad. ad FC, 60. gr. 1. m. ita BK, 23. gr. 3'.

100000. tang. 173360. 39152.

Ad 67874. tangentem arcus KN, diſtantiæ meridianæ loci à verticali plani 34. gr. 10. m. per ax. 2.

II. BK, 23. 3.	—	23. 3.	
KN, 34. 10.	—	55. 50.	
57. 13.	78. 53.	—	98123.
32. 47.	—	—	54146.
			152269.
			76134.

Sinus arcus NC, 49. gr. 35. m. cujus compl. eſt arcus BN, 40. gr. 25. m. per ax. 4.

III. Ut BN 40. gr. 52. m ad BKN 90. gr. ita BK, 23. gr. 3'.

64834. 100000. 39122.

Ad

Ad 60388. ſinum anguli BNK, 37. grad. 9. min. cujus compl. eſt angulus HNC, ſive HGC, 52. gr. 51. m. differentia longitudinis plani à longitudine loci, ſive diſtantia meridianorum loci & plani, per ax. 3.

Sit ergo horizon loci LC, verticalis plani KL, Horizon plani, circulus KNC. In quo numerentur à K, verſus C, 34. gr. 10. m. & per terminum numerationis N, trajiciatur recta LNF, quæ eſſet meridiana & plani & loci, ſi centrum Scioterici L, vel F, pro centro mundi & recta LNF, pro axe haberetur. At, quia in perfectione Scioterici axis IG, cum centro mundi E, non in recta LNF, relinquitur, ſed ſupra eam fulcris pro libitu, ſed tamen æque altis EI & OG, extollitur: atq. adeo planũ



ab axe mundi nonnihil abducitur: ideo linea LNF, jam nõ ſimul eſt meridiana loci, ſed tantũ meridiana plani: ſive, ut vulgò loquuntur, ſubſtylaris. Meridianã autẽ loci ſic invenies. Ad normã meridianæ plani, ductâ cõmuni ſectione Æquatoris cum plano (vulgo lineã contingentiæ

vocant) FH, centrum mundi E, ab axe IG, reponatur in meridianam plani LNF. Deinde centro E, consistente in linea LNE, describatur circulus Æquatoris FK, & in eo versus orientem (quia horizon plani est horizonte loci orientalior, adeoq; citiùs à sole irradiatur meridiana plani, quàm loci) numeretur differentia longitudinis loci & plani 52. grad. 51. min. & per terminum numerationis K, ducatur recta, tanquam radius quispiam Æquatoris EKH, quæ ubi attigerit communem sectionem Æquatoris cum plano, nempe rectam FH, per id punctum agatur normaliter meridiana loci CH.

CASUS SECUNDUS.

Si verò arcus BN, repertus fuerit minor complemento elevationis poli, indicio est, planum citra polum arcticum consistere, adeoq supra tale planum non polum arcticum G, sed polum antarcticum I, extolli debere, angulo tanto, quantus est ILM, cujus mensura est arcus IM, cui ex opposito æquatur arcus GO, Quem unà cum arcu NO, porrò sic invenies.



IV. Ut NOG, rectus ad NG, differentiam inter BN, & BG, ita ONG, angulus antea repertus, ad OG, per ax. 3.

V. Ut tangens ONG, ad rad. ita tangens OG, ad sinum ON, per ax. 2.

EXEMPLUM. Sit planum meridionale declinatum dextrũ 34. gr. 30. m. inclinatum versus polum arcticum 16. gr. 10. m. Et elevatio poli rursum sit 49. gr. 35. m. Quærantur autem meridiana loci & plani, unà cum elevatione poli supra planum. Calculus talis erit.

I. Ut BF, rad. ad FC. compl. decl. 55. gr. 30′. ita BK, incl. 16. gr. 10′.

100000.	Tang. 145501.	Sin. 27843.

Ad 40511. tangentem KN, 22 gr. $3\frac{1}{7}$. m. distantiam meridianæ loci à verticali plani per ax. 2.

II.	BK, 16. 10.	—	16. 10.		
	KN, 22. $3\frac{1}{7}$.	—	67. $56\frac{2}{7}$.		
	$38. 13\frac{1}{7}$.	—	$84. 6\frac{2}{7}$.	—	99472.
	$51. 46\frac{2}{7}$.	—	—		78561.
					178033.
					89016. Sinus

Arcus NG, 62. gr. $53\frac{2}{7}$. cujus compl. est BN, 27. gr. $6\frac{1}{7}$. m. quo subtracto de BG, complemento elevationis poli 40. grad. 25. min. relinquitur arcus NG, 13. grad. $18\frac{2}{7}$. m. per ax. 4.

III. Ut BN, 27. gr. $6\frac{1}{7}$. ad BKN, rad. ita BK, 16. gr. 10′.

45563.	100000.	27843.

Ad 61108. sinum anguli BNK, vel ONG, 37. grad. 40. min. per ax. 3.

IV. Ut NOG, rectus, ad NG, 13. gr. $18\frac{1}{3}$. m. ita GNO, 37. gr. 40′.

100000.	23024.	61108.

Ad 14069. ſinum arcus OG, diſtantiæ axis GL, à meridiana plani OL, 8. gr. $5\frac{1}{3}$. m. per ax. 3.

V. Ut tang. GNO, 37. gr. 40′. ad rad. ita tang GO, 8. gr. $5'\frac{1}{3}$.

77196.	100000.	14212.

ad 18410. ſinum arcus NO, diſtantiæ meridianæ plani OL, à meridiana loci NL, 30. gr. $36\frac{1}{2}$. m. per ax. 2.



Calculo abſoluto ducantur 1. horizon loci ⌣AC, 2. verticalis plani BQ, 3. Horizon plani ⌣ABCQ, 4. In cujus quadrante ⌣AQ, (nempe juxta polum antarcticum, qui ſolus ſupra tale planum exſtat) primum numeretur diſtantia meridianæ loci à verticali plani 22. gr. 3. m. & per terminum numerationis P, ducatur meridiana plani LP. Deinde à puncto P, numeretur diſtantia meridianæ plani à meridiana loci, 10. gr. $36\frac{1}{2}$. min. & per terminum numerationis ⌣M, ducatur meridiana plani LM. Deniq; à puncto M, in quamcunq; partem numeretur elevatio

poli

poli propria, sive distantia axis à meridiana plani 8.gr.5$\frac{7}{3}$.m. & per terminum numerationis I. agatur axis LI, extollendus supra meridianam plani LM, angulo MLI.

CASUS TERTIUS.

Si denique arcus BN, repertus fuerit major complemento elevationis poli BG, indicio est, planum ultra polum arcticum inclinatum esse: adeoq; polum arcticum supra tale planum extolli debere, angulo tanto, quantus est angulus GLO, quem metitur arcus GO, quem arcum unà cum arcu ON, porrò ita reperies, ut in casu præcedente.



EXEMPLUM. Sit planum meridionale declinatum dextrum 35.gr.54.m. inclinatum versus polum arcticum 75.gr.43 m. Et sit rursum elevatio poli 49.gr.35.m. Quærantur autem meridiana loci & plani, unà cum elevatione poli supra planũ. Calculus talis erit.

I. Ut

I. Ut BF, rad. ad FC, 54. gr. 6′. ita BK, 75. gr. 43′.

100000. tang. 138144. Sinus 96909.

Ad 133874. tangentem arcus KN, diſtantiæ meridianæ loci à verticali plani 53. gr. 14$\frac{1}{2}$. m. per ax. 2.

II. KN, 53. gr. 14′$\frac{1}{2}$.		—	53. gr. 14$\frac{1}{2}$.			
BK, 75.	43.	—	14.	17.		
128.	57$\frac{1}{2}$.		67.	31$\frac{1}{2}$.	—	92404.
38.	57$\frac{1}{2}$.					62875.
						29529.
						14764.

Sinus arcus NC, 8. gr. 29$\frac{1}{2}$. m. cujus complementum eſt BN, 81. gr. 30$\frac{1}{2}$. m. Unde ſi ſubtrahas BG, 40. gr. 25. m. reſtabit arcus GN, 41. gr. 5$\frac{1}{2}$. m. per ax. 4.

III. Ut BN, 81. gr. 30. $\frac{1}{2}$. ad BKN, 90. gr. ita BK, 75. gr. 43′.

98903. 100000. 96909.

Ad 97982. ſinum anguli BNK, ſive ONG, 78. grad. 16. m. per ax. 3.

IV. Ut NOG, rectus ad NG, 41. gr. 5$\frac{1}{2}$. m. ita ONG, 78. gr. 16′.

100000. 65726. 97982.

Ad 64399. ſinum arcus OG, diſtantiam axis à meridiana plani 40. gr. 5$\frac{1}{3}$. m. per ax. 3.

V. Ut tang. GNO, 78. gr. 16′. ad rad. ita tang. GO, 40. gr. 5′$\frac{1}{2}$.

481470. 100000. 84182.

Ad 17483. ſinum arcus ON, diſtantiæ meridianæ plani à meridiana loci 10. gr. 4. m. per ax.

Calculo

Calculo absoluto: sit horizon loci AC, verticalis plani KD, horizon plani AKCD. In quo primum numeretur à puncto verticali K, versus C, distantia meridianæ loci à verticali plani 53. grad. 14½. & per terminum numerationis N, ducatur meridiana loci, LN. Deinde à meridiana loci, nempe à puncto N, retronu-

meretur distantia meridianæ plani 10. grad. 4. m. & per terminum numerationis O, ducatur meridiana plani LO. A qua deinceps numeretur elevatio poli propria, sive distantia axis, à meridiana plani 48. gr. 5½. m. & per terminũ numerationis G, ducatur axis LG, extollendus supra meridianam plani LO, angulo GLO.

PROBLEMA QUARTUM.

Lineas horarias in quovis plano ducere.

Axis est plano adversus, vel parallelus.

Si axis sit plano adversus; lineæ horariæ omnes ad radicem

axis, ſive ad centrum Scioterici concurrunt. Cùm enim plana circulorum horariorum omnia ad axem concurrant: etiã ſectiones illorum planorũ, à plano Scioterici factas, ad axem concurrere neceſſe eſt.

Axis autem plano adverſus, eſt eidem rectus, vel obliquus. Si axis ſit plano rectus, ut eſt in plano ad æquatorem parallelo, lineæ horariæ omnes æqualibus invicem angulis ad radicem axis concurrunt.

Deſcriptio igitur in tali plano circulo æquatoris, & eodem in 24. partes diviſo, ac diviſionibus ad centrum Scioterici ductis, lineæ horariæ ductæ erunt: ut factum vides in adjuncta figura.

Si axis ſit plano obliquus: ut eſt in quovis plano ad Æquatorem obliquo: lineæ horariæ pleraq; inæqualibus ad axem angulis concurrunt. Reperiuntur autem facilimè hoc modo.

A puncto

A puncto quolibet axis tanquam à centro mundi, verbi gratia, in meridionali declinato dextro 30. grad. à puncto axis E, ducatur recta normalis tanquam radius quispiam Æquatoris EF, quæ recta ubi in meridianam plani inciderit, (sive ea sit eadem cum meridiana loci sive non) ibi per meridianam plani trajiciatur alia recta normalis FQ, quæ erit communis sectio æquatoris cum plano. Deinde radius Æquatoris FE, reponatur in meridianam plani, ut sit FG. Atque ex G, tanquam ex centro mundi describatur circulus Æquatoris quantuslibet FK. Ac rursus ducatur alius radius Æquatoris è centro G, ad intersectionem lineæ æquatoris cum meridia-



na loci, ſive cum linea horæ duodecimæ. Qui radius ubi ſecuerit circulum Æquatoris (hic autem ſecat in puncto K) inde initio facto ſemicirculus Æquatoris, communi ſectioni Æquatoris & plani oppoſitus dividatur in partes æquales 12, ac per ſingulas diviſiones è centro G, ducantur rectæ deletiles, quales ſunt GP, GQ, &c. quæ ubi communem ſectionem Æquatoris & plani attigerint, ibi lineæ horariæ diviſionibus illis reſpondentes neceſſariò tranſibunt. Et ſic ſingularum horariarum ducendarum duo puncta habebuntur, unum in centro Scioterici L, ubi omnes concurrunt: alterum in communi ſectione Æquatoris, & plani, ſive in linea FQ, per quam omnes tranſeunt. Per quæ duo puncta ſi ducantur rectæ LQ, LP, &c. lineæ horariæ ductæ erunt.

¶ *Si axis ſit plano parallelus, ut eſt in plano quovis ad Æquatorem recto: (qualia plana nobis ſunt è verticalibus orientalia & occidentalia, & ex inclinatis ea, quæ uſque ad polum inclinantur) lineæ horariæ nuſquam in plano concurrunt: quia totus earum concurſus eſt ad axem, qui tale planum nuſquam attingit: ſed ſunt invicem parallelæ: quia omnes ſunt ad axem parallelæ: propter axem plano parallelum.*

Reperiuntur autem eodem ferè modo, quo illæ quæ ad axem concurrunt: nempe lineâ Æquatoris per circulum Æquatoris in ſuas horas diviſâ. Tantum hoc intereſt, quod ibi per duo puncta oblique: hic per unicum punctum rectè ducuntur.

EXEM-



EXEMPLUM primum esto verticale orientale, in quo divisio circuli Æquatoris incipit ab horaria sexta: quæ eadem in tali plano, ut etiam in plano occidentali est meridiana plani. Nam meridiana loci in hujusmodi plana non incidit: quippe cum hujusmodi plana à meridiano loci non secentur, sed sint ipsi parallela.



EXEMPLUM alterum eſto meridionale declinatum dextrum 29. grad. 59. min. ſub verticali ſuo rectè inclinatum 23. grad. 3. min. at ſub meridiano obliquè inclinatum 40. grad. 25. min. hoc eſt, uſq; ad polum. In quo diviſio circuli Æquatoris prorſus ut in obliqui ſtylaribus incipit à puncto K. Cætera fiunt, ut in planis orientalibus & occidentalibus.

BAR-

BARTHOLOMÆI PITISCI
Grunbergenſis

PROBLEMATUM ASTRONOMICORVM

Libri Sex.

PRÆFATIO.

ASTronomiæ partes (meo quidem judicio) ſunt duæ: una de motu ſtellarum omnium communi: Altera de motu, tàm fixarum, quàm erraticarum proprio. Motus ſtellarum omnium communis rurſum eſt duplex: unus revolutionis, alter trepidationis. Motus revolutionis ſtellarum omnium communis, eſt motus circularis perfectus & æqualis, circa axem mundi & ſuper polis mundi, non in nona, vel decima aliqua Sphæra, ſed in ſolo Dei juſſu fixis: ab ortu in occaſum tendens, & periodo ſua definiens tempus, quod Græci νυχθήμερον, q. d. noctidiurnum, latini diem civilem vocant. Motus trepidationis ſtellarum omniũ communis eſt motus circularis imperfectus & inæqualis circa axem coluri Solſtitiorum: quo tota cœlorum machina, tanquam axi zodiaci affixa, modo ad axem mundi accedit propius, modo ab eo recedit longius, & ita obliquitatem Zodiaci & Æquatoris, modo majorem facit, modo minorẽ: hinc inde à medio digrediens per ſcrupula prima duodecim, & ad idẽ extremum rediens, annis Ægyptiis 3434. Motus longitudinis, tàm fixarũ, quàm erraticarũ proprius omnis, eſt motus circularis perfectus, & quoad apparentiam inæqualis: ab occaſu in ortum: fixarum & ſolis, circa

axem

axem Zodiaci: reliquarum erraticarum circa proprios quosdam axes & inter sese & ab axe Zodiaci diversos: unde ipsis præter motum longitudinis, etiam motus latitudinis inesse dicitur. De motu igitur revolutionis stellarum omnium communi, erit Problematum nostrorum liber primus. De motu trepidationis itidem stellarum omnium communi, liber secundus. De motu fixarum proprio, liber tertius. De motu solis proprio, liber quartus. De motu lunæ proprio liber quintus. De calculo Eclipsium Solis & Lunæ liber sextus & postremus.

BARTHOLOMÆI PITISCI
Grunbergensis

PROBLEMATUM
ASTRONOMICORUM

LIBER PRIMUS.

De motu revolutionis ſtellarum omnium communi,

Sive

De motu cœli diurno.

PROBLEMA PRIMUM.

Altitudinem Solis ſupra horizontem quovis momento deprehendere. Ptol. lib. 2. c. 5. Cop. lib. 2. c. 6.

Altitudo Solis ſupra horizontem rectiſſimè capitur, per Quadrantem. At colligi tamen etiam poteſt ex umbris, ſive rectis: ſive verſis: hoc modo. Sit planum horizontale CED, & in eo gnomon perpendiculariter erectus EF, extremitate ſua F, centrum mundi referens, & in partes æquales quotlibet, verbi gratia, in partes æquales 100. diviſus. Et ſit obſervata umbra recta Solis EG, ſparſa à ſummitate corporis Solaris I.

u (Nam



(Nam umbra EH, ſparſa à centro Solis L, tota cerni nequit: propterea quod pars illius umbræ GH, à ſupremo gibbo Solis I, perpetuò illuminatur) Sit inquam obſervata umbra recta ſupremi gibbi ſolaris EG. 75. partium. Quæratur autem angulus EGF, æqualis angulo altitudinis AFI. Dico:

Ut EG, umbra recta,	ad EF, gnomonem,	ita EG, radius.
95.	100.	100000.

Ad EF, 105263. tangentem anguli EGF, ſive AFI, cujus menſura eſt arcus AI, 46. grad. 28. min. unde ſubtractus ſemidiameter Solis LI, 15. min. relinquit altitudinem centri Solis AL, 46. grad. 13. min.

Vel.

Sit planum verticale CED, & in eo gnomon normaliter fixus EF, extremitate ſua attingens centrum mundi F, & in partes æquales 100. diviſus. Et ſit obſervata umbra verſa Solis EG, $103\frac{477}{1000}$. partium, oſtendens altitudinem imi gibbi Solis I. (Nam umbra centri EH, rurſus tota cerni nequit: quia pars HG, ab



HG, ab imo gibbo Solis I, illuminatur.) Quæratur autem angulus altitudinis EFG, sive IFA. Dico:

Ut FE, gnomon ad EG, umbram versam: ita FE, rad.

100. $103\frac{432}{1000}$. 100000.

Ad EG, 103432. tangentem anguli EFG, vel IFA. hoc est, arcus IA, 45. gr. 58 m. cui si addas semidiametrum Solis IL, 15. min. efficitur altitudo centri Solis 46. gr. 13. min.

PROBLEMA SECUNDUM.

Ex altitudine Solis, in meridie utriusq. solstitii capta, distantiam tropicorum, & maximam declinationem Solis ac simul elevationem poli colligere. Ptolem. lib. 1. c. 2. & lib. 2. c. 5. Copern. lib. 2 c. 2.

Altitudinem minorē, verbi gratia BI, subduc à majore BM, quod restat IM est distantia tropicorum IK & MP, cujus distantiæ dimidiū IA, vel AM, est maxima declinatio Solis: quâ additâ ad BI, vel subtractâ de BM. ostēditur BA, elevatio Æquatoris AEC, supra horizontē BED, cui elevationi Æquatoris



BA, ex oppoſito reſpondet depreſſio Æquatoris DC, cujus complementum eſt DF, elevatio poli F, ſupra horizontis punctum D.

EXEMPLUM. Sit obſervata Heidelbergæ altitudo Solis in bruma BI, 16. grad. 57. min. At in Solſtitio æſtivo BM, 63. grad. 53. min.

	Erunt
	BM, 63. 53.
	BI, 16. 57.
Diſtantia tropicorum.	IM, 46. 56.
Maxima declinatio.	IA, 23. 28.
Elevatio Æquatoris.	BA, 40. 25.
Elevatio poli.	DF, 49. 35.

PROBLEMA TERTIUM.

Data maxima declinatione Solis, ſingularum ſigniferi partium declinationes invenire. Ptol. lib. 1. cap. 13. Cop. lib. 2. cap. 3.

Sit

Sit colurus solstitiorum, idemq; Meridianus ABCD. Æquator BED. Signifer AEC, polus Æquatoris F, meridianus quispiam FGH, abscindens de signifero arcum EG, & notans punctum G, cujus quæratur declinatio GH. Sint autem data, arcus Signiferi EG, 30. grad. unà cum ipsius complemento GA, 60. grad. Item declinatio maxima AEB, vel



AB, 23. grad. 28. min. unà cum ipsius complemento AF, 66. grad. 32. m. Quia igitur circuli FAB, & FGH, per polum Æquatoris F, & signifer AEC, per polum coluri ABCD, transeunt: ideo anguli ad A, B, & H, sunt recti per 57. p. 1. Quia verò anguli ad A, B, & H, sunt recti; ideò, vel solvo Triangulum HEG, per axioma primum aut tertium; & dico:

Ut EA, ad BA, 23. grad. 28'. ita EG, 30. grad.

100000. 39822. 50000.

Ad GH, 19911—11. grad. 29. min. vel quod multò est compendiosius solvo Triangulum AFG, per axioma quartum, hoc modo.

AG, 60. 0.	—	60. 0.		
AF, 66. 32.	—	23. 28.		
126. 32.		83. 28.	—	99350.
Exc. 36. 32.	—		—	59529.
				39821.
				19910.

Sinus arcus FG, 11. grad. 29. min.

NB. *Hoc modo, nempe per axioma quartum, omnes & declinationes Solis & latitudines reliquorum planetarum absq; omni, vel multiplicatione, vel divisione, per solam additionem, & subtractionem reperire potes.*

PROBLEMA QUARTUM.

Data maxima declinatione Solis singularum Signiferi partium ascensiones rectas invenire. Ptolom. lib. 1, cap. 14. Cop. lib. 2. c. 3.

Ascensio recta alicujus partis Signiferi dicitur arcus Æquatoris, qui cum illa parte in Sphæra recta simul ascendit. Ut



partis

partis Signiferi GE, aſcenſio recta eſt HE, quia punctũ H, eodem momento cum puncto G, attingit horizontem [illegible] ctum FGH. Notum enim eſt è Sphæricis, quemvis circulum per polos mundi ductum eſſe horizontem in aliqua regione ſub Sphæra recta (hoc eſt, ſub æquatore) ſita.

Sint igitur data, quæ pridem: nempe arcus Signiferi EG, 30. grad. unà cum ipſius complemento GA, 60. grad. Et maxima declinatio Solis AB, 23. gr. 28. min. unà cum ipſius complemento AF, 66. grad. 32. min. Et deniq; anguli ad A, B & H, recti. Quæratur autem aſcenſio recta HE. Dico, in Triangulo BFH.

Ut AF, 66, grad. 32. m. ad	AG, 60. grad. ita	FB, 90. grad.
Sinus 91792.	tang. 173205.	100000.

Ad BH, 188 2 2. tangentem arcus 62. gr. 6. m. cujus complementum eſt HE, 27. gr. 54. m. aſcenſio recta quæſita, per ax. 2. & per compend. 1.

PROBLEMA QUINTUM.

Datis declinatione & aſcenſione recta unà cum elevatione poli, ſingularum Signiferi partium aſcenſiones obliquas invenire. Ptol. lib. 2 c. 7. Cop. lib. 2. c. 3.

Aſcenſio obliqua alicujus partis Signiferi dicitur arcus Æquatoris, qui cum illa parte in Sphæra obliqua ſimul aſcendit: ut aſcenſio obliqua partis Signiferi HL, eſt arcus Æquatoris HE, quia arcus ille HE ſimul aſcendit ſupra horizontem obliquum BED, in ſphæra obliqua: in qua elevatio poli eſt DK.

CASUS

CASUS PRIMUS.

Si Sol sit in signo aliquo boreo, qualia signa sunt ♈, ♉, ♊, ♋, ♌, ♍.

Sit meridianus ABCD, Æquator AEC, Signifer FLI, Horizon obliquus BED, elevatio poli DK. Arcus aliquis Signiferi HL, ejusq; declinatio LM, & ascensio recta HM, ascensio obliqua HE, differentia ascensionalis EM. Et in Triangulo ELM, sint data præter rectum ad M, compl. elevationis poli



LEM, sive DC, 40. grad. 25. min. & declinatio LM, 11. gr. 29. min. & denique ascensio recta HM, 27. grad. 54. min. Quæratur autem EM, differentia ascensionalis: quæ demta de ascensione recta HM, relinquat ascensionem obliquam HE. Dico:

Ut DC, 40. gr. 25. min. ad CE, rad. ita LM, 11. grad. 29'.		
T, 85157.	100000.	T. 20315.

Ad 23855. sinum arcus ME, 13. grad. 48. m. quo detracto de ascensione recta HM, 27. grad. 54, min. relinquitur ascensio obliqua HE, 14. grad. 6. min.

CASUS

CASUS SECUNDUS.

Si Sol ſit in ſigno aliquo auſtrali, qualia ſigna ſunt ♎, ♏, ♐, ♑, ♒, ♓.



Signifero exiſtente FHI, cæteris, ut ante: Sit data portio Signiferi HL, nempe finis libræ, vel principium Scorpii 30. gr. ejuſque declinatio LM, 11. grad. 29′. & aſcenſio recta HM, 27. grad. 54. min, unà cum declinatione maxima, LHM, 23. grad. 28′. Dico:

Ut BA, 40. grad. 25. min.	ad AE, rad.	ita LM, 11. 29.
T. 85157.	100000.	T. 20315.

Ad 23855. ſinum arcus EM, 13. grad. 48. min. quo addito ad aſcenſionem rectam HM, 27. gr. 54. m, efficitur aſcenſio obliqua HE, 41. gr. 42. min.

CONSECTARIUM. Differentiæ ergo aſcenſionales in utroq; ſemicirculo Signiferi ſunt eædem: ſed in ſemicirculo boreali ſunt ab aſcenſionibus rectis auferendæ: in ſemicirculo reliquo ſunt ad aſcenſiones rectas addendæ.

PROBLEMA SEXTUM.

Data declinatione Solis, unà cum elevatione poli, singularum signiferi partium arcum semidiurnum, hoc est, quantitatem diei reperire. Copern. lib. 2. c. 7.



Differentia diei inæqualis ab æquali nihil aliud est, quàm differentia ascensionis rectæ ab obliqua: ut Copernicus monet lib. 2. c. 9. Et res ipsa docet. Sit enim principii Tauri G, data declinatio GH, 11. gr. 29. m. unà cum complemento elevationis poli GEH, 40. gr. 25. min. & angulo recto ad H. Quæratur autem arcus Æquatoris EH, qui additus ad quadrantem AE, ostendat quantitatem arcus semidiurni AH, vel in parallelo Solis MG. Ratiocinatio prorsus eadem erit, quæ in Problemate antecedente: nempe.

Ut CD, 40. gr. 25'.	ad CE, rad.	ita GH, 11 gr. 29'.
T. 85157.	100000.	T. 20315.

Ad

Ad 23855. ſinum arcus EG, 13 gr. 48′. cui arcui reſpondent, hora o. min. 41. Ergo, quando Sol eſt in principio tauri, dies eſt horarum 13. & 22. minutorum. Nam bis 41 m. ſunt 1. hora, 22. min. quæ addita ad 12. horas efficiunt 13. H, & 22. min.

CONSECTARIUM. Hinc cujuſcunque regionis, ſi data ſit elevatio poli, unà cum declinatione maxima: dabitur etiã dies maximus. Et contra: ſi datus ſit dies maximus, unà cum declinatione maxima, dabitur etiam elevatio poli.

PROBLEMA SEPTIMUM.

Data declinatione Solis, unà cum elevatione poli, ſingularum ſigniferi partium, latitudinem ortivam invenire. Ptol. lib. 2. c. 2. Coper. lib. 2. cap. 7.



Latitudo ortiva dicitur arcus horizontis inter Æquatorem & orientem aliquem ſigniferi gradum interceptus, ut EL. Invenitur autem hoc modo.

Ut LEM, 40 gr. 15′. ad LM, 11. gr. 29′. ita FML, rad.

64834. 19908. 100000.

Ad 30706. ſinum arcus EG, 17. gr. 53′.

PROBLEMA OCTAVUM.

Datis loco & declinatione Solis unà cum elevatione poli, altitudinem ejus supra horizontem ad quamvis horam invenire.

CASUS PRIMUS.

Si Sol sit in Æquatore, hoc est, in principio libræ, vel arietis.



Sit horà secunda à meridie, & Sol ad H, constitutus: adeoque sit angulus AFH, sive arcus AH, 30. gr. arcus AG, æqualis elevationi poli FK, 49. gr. 35. m. Et angulus ad A rectus per 57. p. 1. Solvo Triangulum AGH, per ax. 4. hoc modo.

AH, 30. gr.	0′.	—	30. gr.	0′.			
AG, 49.	35.	—	40.	25.			
79.	35.		70.	25.	—	94215.	
10.	25.					18080.	
						112295.	
						56147.	

Sinus

Sinus arcus HL, altitudinis Solis ſupra horizontem 34. grad. 9'.

CASUS SECUNDUS.

Si Sol ſit in aliquo ſigno boreo.



Sit rurſus hora ſecunda à meridie, adeoq; ſit angulus GFH 30. grad. ſive arcus AM. Sol autem ſit in 15. grad. Tauri, nempe ad punctum H, cujus puncti declinatio HM, eſt 16. gr. 21'. & quæratur ejus altitudo HL. Solvendum venit Triangulum obliquangulum FGH, cujus latera duo nota ſunt, FG, complementum elevationis poli 40. grad. 25', & FH, complementum declinationis Solis 73, 39. unà cum angulo GFH, 30. gr. Ita igitur procedo per axioma quartum.

FG, 40. 25.	—	40. 25.		
FH, 73. 39.	—	16. 21.		
114. 4.		56. 46.	—	83644.
24. 4.	—		—	40780.
GFH, 30. gr. 0′	—	100000.		124424.
60. 0′.	—	86602.		62212.
		13398.		

Ut 100000. ad 62212, ita 13398.

Ad 8335. quo detracto de 83644. relinquitur 75309. ſinus arcus HL, altitudinis ſolaris 48. gr. 51′$\frac{1}{2}$.

CASUS TERTIUS.

Si Sol ſit in ſigno aliquo auſtrali.



Sit etiam in hoc caſu data hora ſecunda à meridie, hoc eſt, angulus GFH, etiam in hoc caſu ſit 30. gr. Sol autem in puncto H.

& H, sit constitutus ad principium Scorpii: cujus declinatio HM, est 11.gr. 29'. Arcus igitur FH, est quadrante major: Ergo pro Triangulo GFH, nunc solvo Triangulum NHO, per axioma 4. hoc modo.

NO, 40. 25.	— 40. 25.	
NH, 78. 31.	— 11. 29.	
118. 56.	51. 54.	— 78693.
28. 56.	—	— 48379.
30. 0.		127072.
HNO, 150. 0.	100000	63536.
60. 0.	86602.	
	186602.	

Ut 100000. ad 63536. ita 186602.

Ad 118559. de quo si subtrahas 78693. restabit 39866. sinus excessus tertii lateris, nempe sinus altitudinis solaris HL, 23. grad. 30'.

NOTA. Hæ supputationes altitudinum solarium congruunt cum tertio genere exemplorum quarti axiomatis triangulorum sphæricorũ: ubi parallelus Solis partim supra horizontem exstat, partim infra horizontem demergitur. Quod si verò supputare libeat altitudines Solis in parallelo aliquo semper exstante currentis, illa supputatio instituenda erit, vel per primum, vel per secundum genus exemplorũ ejusdem axiomatis. Per primum genus, si parallelus semper exstans, ab altera parte horizontem attingat. Per secundum genus, si parallelus semper exstans, nusquam horizontem attingat.

PROBLEMA NONUM.

Data altitudine Solis latitudinem ejus à meridiano supputare.

Latitudo Solis à meridiano est arcus horizontis inter meridianum & verticalem, qui per Solem transit, interceptus, ut in

ut in præcedentibus tribus Schematibus arcus IL, Qui arcus facilimè reperitur per axioma 3 hoc modo.

In primo casu præcedentis problematis. (gr.
Ut GH, cõpl. altitudinis 55. gr. 51'. ad GFH, 30. gr. ita FH, 90.

Sin. 82757. Sin. 50000. 100000.

Ad 60417. sinum anguli HGF, vel IGL, hoc est, arcus IL, 37. grad. 10. min.

In secundo casu:

Ut GH, 41. grad. 8½. ad GFH, 30. gr. ita FH, 73. grad. 39'.

65792. 50000. 95956.

Ad 72924. sinum anguli FGH, vel IGL, hoc est, arcus IL, 46. 49½.

In tertio casu:

Ut GH, 66. 30. ad GFH, 30. grad. ita FH, 78. 31.

91706. 50000. 97998.

Ad 53430. sinum anguli FGH, vel IGL, hoc est, arcus IL, 32. grad. 18'.

PROBLEMA DECIMUM.

Et Solis & omnium omnino stellarum declinationes observare.



Per

Per Quadrantem obſerva altitudinem ſtellæ in circulo meridiano. Quæ altitudo ſi fuerit major altitudine Æquatoris, hanc ab illa ſubtrahe: ſin minor, fac contrarium: & habebis declinationem ſtellæ quæſitam. Exempli gratia. Si Solis altitudo in circulo meridiano per Quadrantem obſervata ſit BF,35. grad. 12.min. ſubtractis BF,35 grad.12'. de altitudine Æquatoris BA, 40. gr. 25'. remanet declinatio Solis FA,5. grad. 13. min.

PROBLEMA UNDECIMUM.

Ex obſervata declinatione Solis locum ejus in Ecliptica reperire.

Sit obſervata declinatio Solis FA,5. gr. 13.m. Quæratur autem locus ejus in Ecliptica, hoc eſt, quæratur arcus FH. Quia igitur in Triangulo FAH, præter rectum ad A, notus eſt obliquus ad H, nempe declinatio maxima 23 gr. 28. min. & inſuper etiam latus FA, declinatio nuper obſervata, dico per ax. 3.

Ut AHF,23. gr.28'. ad AF,5. gr. 13. min.	ita FAH,90.gr.	
39821.	9092.	100000.

Ad 22831. ſinum arcus FH, 13. gr. 12. m. quo arcu detracto de ſigno piſcium 30 grad. apparet Solem eſſe in 16. grad. 48. min. piſcium.

Videtur autem Sol 24. horarum ſpacio unum ferè gradum pertranſire. Veniunt itaq; pro horaria portione ſcrup. 2½. Unde ad quamlibet aliam horam conſtitutam facilè conjectabitur locus ejus, inquit Copernicus lib. 2. cap. 14.

PROBLEMA DUODECIMUM.

Aſcenſiones rectas fixarum invenire.

y Aſcenſio-

Aſcenſionem rectam primæ alicujus ſtellæ fixæ ſic invenies. In meridie obſerva declinationem Solis, & inde collige aſcenſionem ejus rectam per problemata præcedentia. Deinde horologium quoddam automaton indubitatæ fidei exactè compone ad motum Solis. Porrò obſerva, quot horis à meridie ſtella fixa, cujus aſcenſionem rectam inquiris, ad meridianum pervenerit. Deniq; horas illas in gradus & ſcrupula Æquatoris converſas adde ad aſcenſionem rectam Solis, & habebis aſcenſionem rectam ſtellæ fixæ quæſitam. Exempli gratia. Primum in meridie ſit obſervata aſcenſio recta Solis ad K, conſtituti, IL, 80. gr. Deinde horis novem à meridie elapſis



ſit obſervatus tranſitus ſtellæ alicujus fixæ M, per meridianum BAM. Atqui horis novem aſcenderunt IA, 135. grad. $22\frac{1}{2}$. min. ſingulis enim horis aſcendunt 15. gr. $2\frac{1}{2}$. min. Additis ergo IA, 135. $22\frac{1}{2}$. ad IL, 80. gr. manifeſtum fit, aſcenſionem rectam ſtellæ fixæ M hoc eſt, arcum Æquatoris AL, à principio Arietis L, eſſe 225. grad $22\frac{1}{2}$.

¶ In-

¶ Inventa autem aſcenſione recta unius alicujus ſtellæ fixæ, reliquarum fixarum omnium aſcenſiones rectas inde colliges hoc modo.

Sit prius inventa aſcenſio recta ſtellæ fixæ M, nempe arcus AL. Nunc autem quæratur aſcenſio recta ſtellæ fixæ N, hoc eſt, arcus OL, obſervatis declinationibus AM & ON, per problema 9. & notata diſtantia MN, vel per Quadrantem, vel per Sextantem. Quia in Triangulo MFN, nota ſunt omnia tria latera: nempe MF, & NF, complementa declinationum & MN diſtantia ſtellarun. inde per ax 4. inveſtigabis angulum MFN, cujus menſura eſt arcus AO, quo detracto de aſcenſione recta ſtellæ M, nempe de arcu AL, remanebit arcus OL, aſcenſio recta ſtellæ N.

PROBLEMA DECIMUM TERTIUM.

Data declinatione & aſcenſione recta alicujus ſtellæ fixæ, ejus longitudinem ab æquinoctio verno, & latitudinem ab Ecliptica ſupputare.



Sit meridianus ABG, Æquator AEC, Ecliptica BED, polus Æquatoris F, polus Eclipticæ G, & sit stellæ H, data declinatio HK, & ascensio recta KE: quæratur autem longitudo EI, & latitudo IH. Primum in Triangulo KEL, quia præter rectum ad K, notus est angulus maximæ declinationis Solis KEL, & insuper ascensio recta stellæ KE. Dico

I. Ut EA, rad. ad AB, tang. maximæ declinationis, ita EK, sinus ascensionis rectæ, ad tangentem arcus KL, quo detracto de declinatione stellæ KH, relinquitur arcus LH, per ax. 2.

II. Ut KL, ad KEL, ita KE, ad KLE, per ax. 3, cui æquatur ILH, per 13. p. 1.

III. Ut KEL, ad KL, ita LKE, ad LE, per ax. 3.

IV. Ut HIL, ad HL, ita ILH, ad IH, latitudinem stellæ per ax. 3.

V. Ut tangens ILH, ad rad. ita tangens IH, ad sinum IL, per ax. 2. quo IL, addito ad LE, efficitur arcus IE, quo detracto de circulo toto relinquitur arcus EDBL. Longitudo stellæ ab Æquinoctio verno E.

PROBLEMA DECIMUM QUARTUM.

Data declinatione & latitudine stellæ longitudinem ejus invenire. Cop. lib. 3. c. 2.

Exempli gratia: Sit Spicæ virginis observata altitudo in meridiano 27. grad. ferè. Qualem observavit Copernicus Frueburgi Prussiæ, Anno 1525, ubi elevatio poli est 54. gr. 19'. Declinatio igitur austrina stellæ fuit 8. gr. 40. min. per problema 9. Et sit latitudo stellæ austrina data 2. gr. 0. m. Quæratur autem longitudo. Descripto circulo meridiano per Æquatoris & Eclipticæ polos incedente ABCD, sit sectio communis Æquatoris cum meridiano, adeoque dimetiens Æquatoris

ris AEC, sectio communis Eclipticæ cum meridiano, sive dimetiens Eclipticæ BED, poli Eclipticæ F & G, principium Cancri D, capricorni B. Declinatio austrina Spicæ sit CN vel AM, per cujus declinationis terminos N & M ducatur di-

metiens paralleli Æquatoris per Spicam transeuntis NOM. Latitudo austrina Spicæ sit DL, vel BH, per cujus latitudinis terminos L & H, ducatur dimetiens paralleli Eclipticæ per Spicam transeuntis LOH, quæ dimetiens, ubi secuerit dimetientem Æquatoris, nempe ad punctum O, ibi erit locus Spicæ, ac proinde sinus rectus longitudinis Spicæ à ♎, quippe versus Capricornum, in parallelo suo erit recta IO, quam quærimus.

In Triangulis autem æquiangulis EBR & KHQ, dantur 1. Sinus arcus AB, maximæ declinationis Solis 23. grad. 28. min. nempe sinus RB, 39835.

2. Sinus arcus AH, 25. gr. 28'½. compositi ex maxima declinatione Solis AB, 23. grad. 28'½. & ex latitudine Spicæ austrina BH, 2. gr. nempe sinus RH, 43012.

 3. Si-

3. Sinus declinationis auſtrinæ AM, 8. gr. 40. m. nempe ſinus OP, 15069.

4. Sinus latitudinis auſtrinæ BH, 2. gr. nempe ſinus EI, 3489 & ſinus complementi IL, vel IH, 99939.

Dico igitur per 46. p. 1.

I. Ut RB, 39835, ad BE, 100000, ita QH, 43012. ad HK, 107975.

II. Ut RB, 39835, ad BE, 100000, ita PO, 15069. ad OK, 37828.

Subtracta autem recta OK, 37828, de recta HK, 107975. reſtat recta OH, 70147, qua rurſus ſubtracta de recta IH, 99939, reſtat recta IO. 29792. quâ notâ porrò dico:

III. Ut IH, 99939, eſt 100000, radius, ita IO. 29792.

Eſt 29810, ſinus diſtantiæ Spicæ à principio libræ. 17. grad. 20'. 40''. Cui ſi addas ſemicirculum 180. gr. habebis longitudinem Spicæ ab Æquinoctio verno 197. gr. 20'. 40''. ad tempus obſervationis Copernici.

PROBLEMA DECIMUM QUINTUM.

Data longitudine & latitudine ſtellæ, ejus declinationem & aſcenſionem rectam, ſimulq; medium cœli reperire. Copern. lib. 2. cap. 4.

Sit circulus per polos Æquatoris & Signiferi ductus, nempe colurus ſolſtitiorum ABCD. Æquator AEC. Signifer BED poli Æquatoris F, & P. Poli Signiferi G & T, Stella quæpiam H, circulus per polos Æquatoris & centrum ſtellæ incedens FHP, adeoq; declinatio ſtellæ HN, aſcenſio recta EN. Circulus quiſpiam per polos Signiferi & centrum ſtellæ incedens GHT, adeoque latitudo ſtellæ HK, longitudo EK, medium cœli, (hoc eſt, gradus Eclipticæ, cum quo ſtella H, meridianū attingit) EM. Et ſint data.

BA, ma-



BA, maxima declinatio Solis 23.gr.28'.

EK, longitudo ſtellæ H, nempe oculi ♉, ab æquinoctio verno. 63 gr. 58'. ad an. NC,1588.

HK, latitudo ejuſdem ſtellæ perpetua, verſus auſtrum 5. gr. 10'.

Quærantur autem

HN, declinatio

EN, aſcenſio recta &

EM, medium cœli, ejuſdem ſtellæ.

Inquiſitio.

In Triangulo PTH, tria nota ſunt.

1. Latus PT, æquale lateri AB, 23. gr. 28'.

2. Latus TH, complementum latitudinis ſtellæ 84. gr. 50'.

3. Angulus HTP, complementum anguli KTB, qui angulus eſt complementum longitudinis ſtellæ 26. gr. 2. m. Unde angulus HTP, eſt 153. gr. 58'.

Et nota

Et nota duo latera notum angulum includunt.

Inquiro igitur latus tertium PH, per ax. 4. hoc modo.

PT, 23. gr. 28'. — 23. gr. 28'.
TH, 84. 50. — 5. 10.

108. 18. 28. 38. — 47920.
18. 18. — — 31399.

79319.
39659. med. rectæ.

HTP, 153. 58.
90. 100000.

63. 58. -- 89854.
189854. Sinus versus.

Ut 100000, ad 39659, ita 189854.

Ad 75294, unde detractus sinus 47920, relinquit 27374, sinum rectum excessus tertii lateris, nempe declinationis stellæ HN, 15. gr. 53'. cui si addas quadrantem PN, simul innotescit totum tertium latus PH, 105. grad. 53'. ejusque compl. ad semicirculum, hoc est, complementum declinationis stellæ HF, 74. gr. 7'.

Quibus omnibus notis, porrò dico per ax. 3.

74. 7. 26. 2.

Ut PH, 105. 53. ad PTH, 153. 58. ita TH, 84. gr. 50'.

96180. 43889. 99594.

Ad 45446. sinum anguli HPT, cujus mensura est arcus NA, 27. gr. 2'. cujus compl. EN, 62. grad. 58'. est ascensio recta stellæ quæsita. At Raijmarus scribit, ejusdem stellæ ascensionem rectam Casellis eodem anno observatam & inventam esse 63. gr. 10'. Quæ observatio, si rectè à Raijmaro annotata est,

eſt, longitu[illegible] latitudo oculi tauri, tàm apud Ptolomeum, quàm apud Copernicum eſt mendoſa.

Denique pro inveniendo medio cœli EM,
dico per ax. 2.

Ut FA 90 gr. ad AN, 27. gr. 2′.	ita FB, 66. 32. compl. AB.	
100000.	tang. 51026.	Sin. 91729.

Ad 46805, tangentem arcus MB, 25. grad. 5′. cujus complementũ EM, eſt medium cœli ſtellæ H quæſitum 64. gr. 55′.

PROBLEMA DECIMUM SEXTUM.

Obſervata altitudine Solis, quovis diei tempore, horam invenire: ſi modo de elevatione poli, & de loco ac declinatione Solis prius conſtiterit.

Hoc Problema in priore editione omiſi: quod ex Problemate octavo ſponte conſequi, & ſatis perſpicuè in eo contineri videretur. Nunc addo: quia addendum fuiſſe, amici quidam cenſuerunt. Habet autem tres caſus, ut Problema octavum: cujus eſt inverſio.

CASUS PRIMUS.

Si Sol ſit in Æquatore, hoc eſt, in principio arietis, vel libræ.

Sit Sol in principio libræ, ad punctum H. Et ſit obſervata ejus altitudo ſupra horizontem HL, 34. grad. 9′. 27″. Quæratur autem, quota ſit hora diei, hoc eſt, quotus ſit arcus AH, vel angulus AFH, quo arcu vel angulo Sol tunc diſtat à meridie. Quia nota præſupponitur elevatio poli FK, 49 gr. 35′. ideo nota etiam eſt altitudo Æquatoris ſupra horizontem IA: æqualis complemento elevationis poli FG, 40. gr. 25. Atq; adeo in triangulo Sphærico HEL, tria nota ſunt, nempe rectus ad L,

 per



per 57. p. 1. & acutus ad E, cujus menſura eſt arcus IA: complementum elevationis poli: & denique latus HL, altitudo Solis. Dico igitur, vel per ax. 1. Sphæricorum.

Ut IA, 40. grad. 25'. ad AE, 90. gr. ita HL, 34. grad. 9'. 27".

Sin. 64834.	Rad. 100000.	Sin. 56148.

Ad 86602, ſinum arcus HE, 60. gr. cujus complementum eſt arcus AH, 30. gr. qui oſtendit ſolem duabus horis diſtare à meridie: hoc eſt, eſſe, vel decimam antemeridianam, ſi altitudo ſolis creſcat: vel ſecundam pomeridianam: ſi altitudo Solis decreſcat, vel, per axioma 3. Sphær.

Ut HEL, 64834, ad HL, 56148, ita HLE, 100000, ad HE, 86602, &c.

CASUS SECUNDUS.

Si Sol ſit in aliquo ſigno boreo.

Sit Sol in 15. gr. Tauri: ad punctum H. Et ſit obſervata ejus altitudo ſupra horizontem, HL, 48 gr. 41'. 33". Quæratur autem quota ſit hora diei, hoc eſt quotus ſit arcus AM, vel angulus AFM, quo arcu, vel angulo Sol tunc à meridie diſtat.

Quia



Quia nota præſupponitur elevatio poli FK, 49. gr. 35. notum etiam eſt complementum elevationis poli FG, 40. gr. 25′. Quia item nota præſupponitur declinatio Solis HM, 16. gr. 21′. notum etiam eſt complementum declinationis Solis HF, 73. gr. 39′. Quia denique obſervata eſt altitudo Solis HL, 48. gr. 41′. 33″. notum etiam eſt altitudinis illius complementum GH, 41. gr. 18′. 27″. Atq; adeo in triangulo obliquangulo GHF omnia tria latera nota ſunt. Inquiro igitur angulum deſideratum GFH, per ax. 4. Sphær. & per tertium Schema illius axiomatis, hoc modo.

GF, in 3. Schem. 4. ax. AB, 40. gr. 25′. GN, 40. gr. 25′.
FH, in 3. Sch. 4. ax. BC, vel BF, 73. 39. GD, 16. 21.

AF, 114. 4. DN, 16. 46. DP, 83644.
Exc. QF, 24. 4. — VF, vel PR, 40780.

DK. 124424
DT, 62212.
GH, in 3. Sch. 4. ax. AC, DP 83644.
Compl. CS, 48. 41. 33. LP, 75100.

DL, 8315.

Ut DT, 61212, ad DE, 100000, ita DL, 8335, ad DC, 13398, ſinum verſum diſtantiæ Solis à meridie: qui detractus de radio DE, 100000, relinquit ſinum rectum complementi diſtantiæ Solis à meridie, CE, 86602, cui ſinui competit arcus, vel angulus 60. gr. Ergo diſtantia Solis à meridie eſt 30. gr.

CASUS TERTIUS.

Si Sol ſit in ſigno aliquo auſtrali.



Sit Sol in principio Scorpii: ad punctum H. Et ſit obſervata ejus altitudo ſupra horizontem, HL, 23. gr. 30'. 45''. Quæratur autem, quota ſit hora diei, hoc eſt, quotus ſit arcus AM, ſive angulus AFM, quo arcu, vel angulo Sol tunc à meridie diſtat.

Quia nota præſupponitur elevatio poli FK, 49. gr. 35'. notum etiam eſt ejus complementum FG, vel NO. 40. grad. 25'. Quia item nota præſupponitur declinatio Solis HM, 11. grad. 29'. no-

29′. notum etiam eſt ejus complementum HN, 78 gr. 31′. vel arcus HF, ex declinatione Solis HM & quadrante FM, compoſitus 101.gr.29′. Quia deniq; nota eſt ex obſervatione, altitudo Solis HL,23. gr. 30′.45″. notum etiam eſt ejus complementum, HG,66.gr. 29′.15″. vel arcus HO,ex altitudine Solis HL, & quadrante LO,compoſitus,113. gr. 30′. 45″. Atque adeo, tàm in triangulo obliquangulo FGH, quàm in triangulo obliquangulo HNO,omnia tria latera nota ſunt. Quæritur autem, vel angulus GFH,in triangulo FGH: vel angulus ANM, complementum anguli HNO,in triangulo HNO,ſive,quod idem eſt, arcus AM,qui tàm angulum ANM,quàm angulum AFM, metitur.

Porrò, triangulum FGH, ad 4. axioma triãgulorum Sphæricorum (ſecundum noſtram quidem reſtrictionem) non cõgruit: quia latus alterum ex iis, quæ angulum quæſitum includunt,nempe latus FH,eſt quadrante majus.

Solvo igitur triangulum HNO, utq; ſolutio illa congruat ad tertium ſchema 4.axiomatis,inverto hoc præſens ſchema & fingo Zenith eſſe ad punctum O,atq; ita procedo.

NO,in 3.Sch. 4.ax. AB, — 40.gr.25′.GN,40.gr.25′.
HN,in 3.Sch.4.ax.BC,vel BF,78. 31.GD,11. 29.

AF, — 118. 56.DN,51. 54.DP,78693.
Exc.QF, 28. 56. VF, vel PR, 48379.

DR, 127072.
DT, 63536.

HO, in 3.Sch. 4. axiomatis Aq. Cujus exceſſus ſupra quadrantem,hic HL,ibi Sq 23 gr.30′.45″.Sin.Pg.39866.

Dp 78693.

Dg.118559.

Ut DT, 63536, ad DE, 100000, ita Dg, 118559, ad Dh, 186601, ſinum verſum anguli obtuſi, in præſente ſchemate per literas HNO, notati: de quo ſinu verſo Dh, 186601, detractus radius DE, 100000, relinquit ſinum rectum exceſſus ſupra quadrantem, Eh, 86601, cui ſinui reſpondet arcus, vel angulus 60. grad. Ergo obtuſus HNO, eſt major recto, 60. gradibus: & per conſequens, acutus HNI, reliquus ad duos rectos juxta punctum N, eſt 30. grad. atque adeo diſtantia Solis à meridie eſt duarum horarum. Quod oſtendendum erat.

BAR-

BARTHOLOMÆI PITISCI
Grunbergensis

PROBLEMATUM ASTRONOMICORVM

LIBER SECUNDUS,

De motu trepidationis itidem stellarum omnium communi,

Sive

De diversitate obliquitatis Signiferi.

PROTHEORIA.

Sit colurus solstitiorum ABCD, & in eo poli Æquatoris F, & G, poli Signiferi H, & I, Signifer ipse BKDL. Æquator AKCI, Axis Signiferi HEI, axis Æquatoris FEG. Deinde in coluro solstitiorum assumatur arcus MHQ, tantus, quanta est differentia inter maximam obliquitatem Signiferi FM, & inter minimam FQ, per hunc arcum MHQ, axis Signiferi & cum eo tota cœlorum machina hinc inde movetur ab M, per H, in Q, & rursus a Q, per H, in M, idque motu admodum inæquali: nempe circa maximam & minimam Signi-

Signiferi obliquitatem tardissimo, circa mediam, velocissimo: ut multorum seculorum observationes ostendunt. Iam motus inæqualis, nisi mediante aliquo motu æquali ad calculum revocari non potest. Polo igitur mediæ obliquitatis Signiferi H, intervallo dimidiæ differentiæ HQ, vel HM, describatur in superficie globi epicyclus MNOP. Et in eo anomalia, sive diversitas obliquitatis Signiferi æqualiter moveri intelligatur ab M, in N, &c. quo facto, manifestum est, motui fictitio æquali per circumferentiam epicycli MNOP, respondere motum verum per diametrum MHQ, admodum inæqualem: & quidem omnino talem qualem observationes requirunt: nempe circa M, & Q. tardissimum, circa H, velocissimum. Sint enim æquales arcus MN, OP, PY & VQ, nempe singuli 5. graduum. Manifestum est portiones diametri MHQ, illis arcubus respondentes nempe rectas, vel quasi rectas MT, SH, HZ, & XQ, admodum esse inæquales, MT, enim XQ, sunt sinus versi: SH, verò & HZ, sunt sinus recti, eorundem arcuum. Iam sinus versus 5. graduum non est nisi 381. sinus

381. sinus verò rectus est 8715. Atqui 381. in 8715. plusquam vicies continetur. Ergo motus circa extremitates M & Q, (hoc est, circa maximam & minimam obliquitatem Signiferi) plusquam vigecuplo tardior est motu circa H. Quod ante omnia ostendendum erat.

PROBLEMA PRIMUM.

Æqualem motum anomaliæ obliquitatis Signiferi ad quodvis datum tempus colligere.

Ad omnem æqualem motum colligendum, etiam tempus datum æquale sit oportet. Inæquales autem sunt anni Iuliani: quippe alii dierum 365. alii dierum 366. Inæquales etiam sunt menses Iuliani: quippe alii dierum 30. alii dierum 31. alii dierum 28. vel 29. Inæquales deniq; sunt etiam dies civiles: propter duas causas. Primùm, quia motus Solis in Signifero est inæqualis. Deinde, quia etiam cum æqualibus arcubus Signiferi, inæquales arcus æquatoris ascendunt. Dies autem civilis est revolutio totius Æquatoris, & insuper particulæ tantæ, quanta cum eo arcu Signiferi, quem interim Sol proprio & contrario motu emensus est, ascendit. Sed inæqualitas quidem dierum civilium nisi in motu Lunæ, nihil habet momenti: nec nisi absoluto calculo motus Solis intelligi potest. Ergo ejus correctio sub finem problematum de motu Solis differatur. Inæqualitas autem annorum Iulianorum corrigitur, reductione eorum ad annos Ægyptios, qui perpetuo sunt æquales: quippe singuli dierum 365. Cæterum, anni Iuliani ad annos Ægyptios reducuntur, si per 4. dividantur. Sic enim quarti cujusq; anni dies intercalaris separatur: & in unoquoque anno non nisi 365. dies relinquuntur. Mensium autem Iulianorum inæqualitas evitatur, dum pro mensibus datis, dies

illorum mensium ad calculum assumuntur. Exempli causa, sit quærendus aliquis motus æqualis ad horam secundam pomeridianam diei 30. Iunii, anni à N.C. 1600.

Primum annos Iulianos completos 1599. reduco ad annos Ægyptios hoc modo:

~~333.~~ — anni tres, post bissextilem reliqui.
~~1599.~~
~~444.~~ (399. dies intercalares.
365. (1. annus Ægyptius, ad 1599. addendus.
34. --- dies residui.

Deinde numero dies mensium dati anni currentis 1600. & sunt, dies Ianuarii — 31.

sunt, dies Ianuarii	—	31.
Februarii	—	29.
Martii	—	31.
Aprilis	—	30.
Maii	— —	31.
Iunii, dies completi		29.
Dies antea residui		34.
Summa dierum.		215.

Quia annus Iulianus 1600. est bissextilis: quippe cum annus 1599. fuerit tertius post bissextilem: idq; ideo, quia annus NC. fuit bissextilis. Ergo & quartus quisq; ab illo est bissextilis.

Deniq; horis duabus pomeridianis addo horas 12. à media nocte elapsas, ut fiant horæ 14 idq; propterea, quia Copernicus æram Christi orditur, non à meridie Calendarum Ianuarii: sed à media nocte Calendas Ianuarias antecedente: idq; respectu meridiani Cracoviensis, cujus longitudo secundum Copernicum est 45. graduum 30. minutorum.

His ita factis, tempus calculo Astronomico aptum est
annorum Ægyptiorum. 1600.
Dierum. — — 215.
Et horarum. — — 14.

Quos annos & dies compendiosioris calculi causa redigo in Sexagenas annorum & dierum: horas verò converto in scrupula, sive in sexagesimas partes dierum: hoc modo.

44
1600
660 (26. Sexagenæ annorum, & 40. anni.
6
3
215
60 (3. Sexagenæ dierum, & 35. dies.

24. horæ dant 60. ſcrupula dierum, quot ſcrupula dierum dant 14. horæ?

℞. 35. Nam

Ut 24 ad 60, ita 14.

2. 5. 7.

1. ad 35.

¶ Præter temporis correctionem in omni motu æquali colligendo hæc duo præſcire oportet.

Primum, quanto tempore abſolvatur ille motus.

Alterum, conſtituto certo aliquo temporis principio, quouſq; tunc & unde progreſſus fuerit ille motus. Verbi gratia: quouſq; & unde progreſſus fuerit motus anomaliæ obliquitatis Signiferi, tempore nativitatis Chriſti.

Ad primam quæſtionem hoc loco reſpondet Copernicus, motum anomaliæ obliquitatis Signiferi (ipſe vocat motum anomaliæ ſimplicis Æquinoctiorum) abſolvi annis Ægyptiis 3434. Idq; probabiliter colligit ex obſervationibus antiquis ac novis, lib. 3. cap. 6.

Motus igitur annuus eſt — $6'.17''.24'''.9''''$. ferè

Motus diurnus — $0'.1''.2'''.2''''$. Nam

I. Ut 3434. anni ad 360. grad. ita 1. annus ad 0. grad. $6'.17''.24'''.9''''$. ferè.

II. Ut 365. dies ad $6'.17''.24'''.9''''$. ita 1. dies ad $0',1''.2''',2''''$.

Quia verò motus unius anni eſt 6'.17''.24'''.9''''. ideo motus Sexaginta annorum, ſive unius Sexagenæ annorum eſt 6. gr. 17'.24''.9'''. Nam ut anni per 60. creſcunt: ita motus.

Stifelius eandem artem expoſuit lib. 1. Arithmet. lat. cap. 10. fol. 83. facie 6. & ſeqq.

Eodemq; modo: quia unius diei motus eſt 1''. 2'''. 2''''. ideo ſexaginta dierum, ſive unius ſexagenæ dierum motus eſt 1'. 2''. 2'''. Quod obſervare operæprecium eſt: quia calculum præbet admodum facilem ijs: qui practicam Italicam norunt: quam Studioſus mathematum ignorare nemo debet. Diſcere autem poterit, qui volet, ex Arithmetica Germanica Petri Apiani: vel ex aliis id genus libellis: qui vulgò proſtant, & in omnium ferè mercatorum manibus verſantur.

Ad ſecundam quæſtionem reſpondet, & rurſus ex obſervationibus antiquis atq; novis probabiliter colligit Copernicus, motum anomaliæ obliquitatis Signiferi ab M, verſus N, hoc eſt, à maxima obliquitate verſus minimam tempore nativitatis Chriſti, progreſſum eſſe gradibus 6, min. 45.

Quibus ita poſitis: æqualem motum anomaliæ obliquitatis Signiferi ita colligo, ut ſequitur.

		Sex, annorum.		Sexag. anni.
1.	—	6. gr. 17'. 24''. 9'''.	—	26. 40.
	2.	5. 48. 3. 0.		20. 20.
		31. 27. 0. 45.		5. 20.
		4. 11. 36. 6.		1.
	2.	47. 44. 4. 0.		

Sex.

Sex dierum.				Sex.dies.ſcr.
1.	—	1'.2''.2'''.	—	3.35 35.
				7.11.10.
				7.11.10.
Motus dierum		—		3'.42''.53''',21'''',10'''''.
Motus annorum		2. Sex. 47. gr.		44.4.
Radix.	—	0. 6.		45.
Summa	—	2'. 54. grad.		32'.46''.53''',21'''',10'''''.

Hoc eſt

174.grad. 32'. ferè.

Nam duæ ſexagenæ graduum ſunt 120. gr. quibus ſi addas 54.gr. efficiuntur 174. gr. &c.

PROBLEMA SECUNDUM.

Proſtaphæreſes obliquitatis Signiferi ſupputare.

Proſthaphæreſes obliquitatis Signiferi ſunt portiones diametri MHQ, inæquales, arcubus anomaliæ MNOP æqualibus reſpondentes: & ideo ſic dicuntur, quia modo addendæ ſunt ad obliquitatem Signiferi mediam, modo ab eadem auferendæ: prout citra, vel ultra mediam obliquitatem Signiferi H, conſiſtunt.

Supputantur autem adminiculo ſinuum, ſi prius conſtet quantitas diametri MHQ, nempe differentia inter maximã & minimam obliquitatem Signiferi, quam differentiam Copernicus dicit & probat eſſe 24. ſcr. primorum, lib. 3. cap. 10. Tempore enim Ptolemæi, cum motus eſſet tardiſſimus, & ferè imperceptibilis, erat obliquitas Signiferi 23. grad. 52'. ferè. Nunc quando motus iterum eſt tardiſſimus, & ferè imperce-

 ptibilis,

prcibilis, obliquitas Signiferi per obſervationes deprehenditur non multò major, quam 23. gr. 28′. Unde liquet iſtos duos eſſe ſummæ tarditatis limites. Subtractis autem FQ, 23. gr. 28′. de FM, 23. gr. 52′. relinquuntur QM, 24. ſcrupula prima. Quibus datis, quia ad datum tempus motus anomaliæ MV, 174. gr. 33′. exceſſit quadrantem MP, arcu PV, 84. gr. 33′. cujus arcus ſinus HX, eſt 99547. ideo dico:

Ut HQ, 100000, ad HX, 99547, ita QH, 12′.

12	ad HX, 11′. 56″. qui-
199094	bus ſubtractis de me-
99547	dia obliquitate Signi-
11 | 94564	feri FH, 23. gr. 40′. re-
60	ſtat obliquitas quæſita
56 | 73840	FX, 23. gr. 28′. 4″.

BARTHOLOMÆI PITISCI
Grunbergensis

PROBLEMATUM
ASTRONOMICORUM

LIBER TERTIUS.

De motu fixarum proprio,
Sive
De motu præcessionis Æquinoctiorum.

PROTHEORIA.

ÆQuinoctia ad primam Arietis stellam fixa esse veteres crediderunt. At inde dimoveri & quotannis nonnihil anticipare tempus docuit. Unde verisimile est, fixas secundum signorum ordinem ab occasu in ortum circa axem Signiferi in morem planetarum circumagi. Quia verò perinde est, sive prima stella Arietis unà cum tota stellarum fixarum sphæra à puncto æquinoctii verni antrorsum: (hoc est, secundum signorum ordinem) sive punctum æquinoctii verni à prima stella Arietis retrorsum (hoc est, contra signorum ordinem) moveatur: Copernicus autem omnes motus à prima stella Arietis deducit: etiam nos punctum æquinoctii verni

verni à prima ſtella Arietis tanquam fixa & immobili retro per Signiferum moveri nunc fingemus. Qua fictione aſſumta, ſit Signifer ABCD, prima ſtella Arietis, & quondam punctum æquinoctii verni A, atque tunc punctum ſolſtitii æſtivi, ſive principium Cancri B. Ab illo puncto A, ſive à prima ſtella arietis ibi fixa, punctum æquinoctii verni ſubinde magis magiſque retrocedit: & quidem motu inæquali. Qui motus inæqualis, ut ad calculum revocari poſſit, fingatur motus qui-



dam præceſſionis Æquinoctiorum medius & æqualis, ab A, in E, deinde polo E, in ſuperficie globi, ad Signiferum ABCD aſcribatur epicyclus HIKL, diametro tanta, quanta eſt maxima differentia inter fictitium æqualem, & apparentem inæqualem præceſſionis Æquinoctiorum motum. In cujus epicycli circumferentia HIK, motus anomaliæ circumcurrat: proſthaphæreſes autem, à motu æquali E, in primo ſemicirculo HLM, auferendæ: in poſteriore ſemicirculo HLM, auferendæ: in poſteriore ſemicirculo MNH, ad eundem motum

tum æqualem addendæ in diametro NEL, æſtimentur: ut ſupra in obliquitate Signiferi factum fuit. His ita poſitis jam tria quæruntur. 1. quantus ſit motus æqualis præceſſionis æquinoctiorum, ſive quantum proceſſerit punctum E à puncto A, unoquoq; tempore 2. quantus ſit motus æqualis anomaliæ præceſſionis Æquinoctiorum, ſive quantum proceſſerit punctum H, verſus I, unoquoque tempore, 3. quæ proſthaphæreſis in diametro epicyli NEL, reſpondeat motui anomaliæ per circumferentiam epicycli HIK.

PROBLEMA PRIMUM.

Æqualem motum præceſſionis Æquinoctiorum ad quodvis datum tempus colligere.

Supra diximus, ad quemvis motum æqualem pro tempore dato colligendum duo præſciri oportere.

1. Quanto tempore abſolvatur ille motus: atque adeo, quantus ſit motus annuus ac diurnus.

2. Quouſq; & unde progreſſus fuerit ille motus certo quodam tempore, verbi gratia, tempore Nativitatis Chriſti.

De primo, hic reſpondet Copernicus, æqualem motum præceſſionis Æquinoctiorum abſolvi annis Ægyptiis 25816, idque per diverſorum temporum obſervationes probat, lib. 3. cap. 6.

Unde liquet, motum annuum eſſe. 50″. 12‴. 5⁗.
diurnum: 0″. 8‴. 15⁗.

Nam, ut 25816. anni ad 360. grad. ita 1, annus
ad 0. gr. 0′. 50″. 12‴. 5⁗. Et

Ut 365. dies ad 50″. 12‴. 5⁗. ita 1, dies
ad 0″. 8‴. 15⁗.

De ſecundo, reſpondet Copernicus, æqualem motum præceſſionis Æquinoctiorum tempore nativitatis Christi progreſſum eſſe ab A, verſus E, 5. gr. 32′.

Hinc pro tempore dato colligitur motus æqualis præceſſionis Æquinoctiorum hoc modo:

Sex. an.		Sex anni.
1. —	$50'.12''.5'''$. —	26. 40.
	30.	13. gr. 20′.
	20.	8. 53. 20.
		5. 20.
		2. 13. 20.
		$22.gr.18'.42''.13'''.20''''$.

Sex d.		Sex. d. ſer.
1. — —	$8''.15'''$. —	3. 35. 35.
	24. 45.	30. 30.
	4. 7. 30.	5. 5.
	41. 15.	
	4. 7. 30.	
	41. 15.	

$0'.\ 29''.\ 38'''.\ 33''''.\ 45'''''$.	Motus dierum.
22. 18′. 42. 13. 20.	Motus annorum.
5. 32.	Radix.
$27.gr.51'.11''.\ 51'''.\ 53''''.\ 45'''''$.	Summa.

PROBLEMA SECUNDUM.

Æqualem motum anomaliæ præceſſionis Æquinoctiorum ad quodvis datum tempus intelligere.

Æqualis motus anomaliæ præceſſionis Æquinoctiorum duplus eſt ad æqualem motum anomaliæ obliquitatis Signiferi, ut oſtendit Copernicus lib. 3. c. 6.

Ergo

Ergo, si æqualem motum anomaliæ obliquitatis Signiferi, supra inventum, duplices, habebis æqualem motum anomaliæ præcessionis æquinoctiorũ, ad tempus datum: hoc modo:

174. gr. 33′. Anom. obl. Signiferi.
2.

349. 6. Anom. præcel. Æq.

Initium autem sumit motus anomaliæ præcessionis Æquinoctiorum, à linea medii motus, nempe à puncto H, & tendit in partem medio motui contrariam, nempe versus I & K.

Quo posito, ad tempus datum anomalia præcessionis æquinoctiorum progressa erit ab H, per L, M & N, usque ad P, & restabit de toto circulo tantum arcus PH.

PROBLEMA TERTIUM.

Prosthaphæreses præcessionis Æquinoctiorum supputare.

Hîc ante omnia sciendum est, quanta sit maxima prosthaphæresis, sive quanta sit maxima differentia inter æqualem & apparentem motum præcessionis Æquinoctiorum, hoc est, quanta sit semidimetiens epicycli HIK, per quem circumit anomaliæ motus. Copernicus dicit, & ex observationibus probat, esse septuaginta scrupulorum primorum, lib.3.c.7.

Quo posito & concesso, reliquæ differentiæ sive prosthaphæreses ad quemvis datum anomaliæ motum æqualẽ prorsus eodem modo, quo prosthaphæreses obliquitatis Signiferi colliguntur.

EXEMPLI GRATIA. Ad datum anomaliæ motum æqualem 349. gr. 6′. cujus motus complementum ad integrum circulum est PH, 10. gr. 54′. prosthaphæresis ita colligitur:

Ut EN, radius ad EO, sinum rectum 10. gr. 54'. ita EN.

100000. 18909. 70. scr. prima.

70.

13|23630.

60.

14|17800.

ad EO, |13'. 14".

Jam EO, consistit ultra medium, sive æqualẽ motum præcessionis Æquinoctiorum, nempe ultra lineam RE. Ergo prosthaphæresis est ad medium motum AE, addenda, hoc modo:

AE.	27. gr.	51'.	12".	Medius motus.
EO.	0.	13.	14.	Prostaphæresis.
	28. gr.	4.	26.	Vera præcessio Æq.

PROBLEMA QUARTUM.

Motum fixarum, sive præcessionem Æquinoctiorum ex observationibus deprehendere.

Fit hoc per problema 14. libri primi. Exemplum vide apud Copernicum lib. 3, c. 2.

BAR-

BARTHOLOMÆI PITISCI
Grunbergensis

PROBLEMATUM ASTRONOMICORVM

LIBER QUARTUS.

De motu Solis proprio.

PROTHEORIA.

SOL proprio motu ſub Ecliptica fertur ab occaſu in ortum, & annuo ſpacio ſemel circumvolvitur. Sed diutius immoratur in ſignis boreis, quàm in auſtrinis. Quod argumento eſt, centrum revolutionis ejus eſſe à centro mundi diverſum. Sed & apogeum Solis ſecundum ordinem ſignorum quotannis nonnihil progreditur. Quod indicio eſt, etiam centrum eccentrici Solis eodem modo circa terram circumire. Nam centrum eccentrici & apogeum ſemper & neceſſariò ſunt in eadem linea: unde moto apogeo, etiam centrum eccentrici movetur, & contra. Verùm, nec apogei motus eſt æqualis: ſed aliquando tardior, aliquãdo velocior. Unde colligere promptum eſt, etiam centrum eccentrici Solis ferri in eccentrico, vel certe in concentri epicyclo. Quæ opinio etiam inde confirmatur, quia eccentricitas Solis inæqualiter jam diu decrevit: quomodo omnino decreſceret, ſi centrum eccentrici in

epicyclo quodam ad terram modo propius advolveretur, modo longius ab ea retrocederet. Sit ergo Ecliptica ABCD, deſcripta ex centro mundi E, & ſint in ea quatuor cardines ſuis ſignis notati ♈, ♋, ♎, ♑. Prima autem ſtella Arietis ſit ad F. Unde hoc noſtro tempore punctum æquinoctij verni retroceſſerit uſque ad ♈, ut præceſſio æquinoctiorũ ſit F, ♈. Apogeum verò medium hoc noſtro tempore proceſſerit ab F, in G, ſimiliterq; centrum eccentrici medium I, ab H, in I, centrum autem eccentrici verum poſt tres integras revolutiones interim contrario motu pervenerit à K, per M, in L, quo

quo L, centro deſcribatur eccentricus Solis NOP, & per duo centra E & L, ducatur recta BLED, qua ducta erit apogeum Solis verum in B, differens ab apogeo medio G, angulo BEG, qui angulus, quia citra lineam apogei medii GIE, ſubſiſtit, ideo eſt à motu apogei medii auferendus. Si autem ultra lineam medii motus GIE, conſiſteret (ut futurum eſt, quando centrum eccentrici decurret in ſemicirculo epicycli poſteriore) eſſet ad eundem medium motum addendus. Angulus igitur BEG, vel LEI, eſt proſthaphæreſis centri eccentrici. Eccentricitas autem eſt LE, nunc ferè minima: quæ tempore Ptolemæi erat ferè maxima, quaſi ME. Porrò, Sol ab apogeo N, verſus perigeum R, progreſſus ſit motu æquali uſque ad O, hoc eſt, diſtet ab apogeo ſuo, angulo NLO: ſpectetur autem ex centro mundi E, manifeſtum eſt angulum apparentiæ NEO, angulo medii motus NLO, longè eſſe minorem. Nam in Triangulo LEO, angulus exterior NLO, ſolus tantus eſt, quanti ſunt ambo interiores oppoſiti LEO & EOL, ſimul ſumti: per 48.p.1. Et per eandem, angulus EOL, ſubtractus ab angulo LNO, relinquit angulum NEO. Angulus igitur EOL, eſt proſthaphæreſis Solis ad O, conſiſtentis: eodemq; modo anguli LPE, LQE, LRE. LSE, LTE, LVE, ſunt proſthaphæreſes Solis ad P, vel Q, vel R, &c. conſiſtentis. Quæ proſthaphæreſes in priore ſemicirculo, nempe ab apogeo ad perigeum ſemper ſunt à medio, ſive æquali motu Solis auferendæ: in poſteriore ſemicirculo, nempe à perigeo ad apogeum, ſemper ſunt addendæ. Nam in priore ſemicirculo, nempe in ſemicirculo NPR, angulus apparentiæ angulo medii motus ſemper eſt minor, ut angulus NEO, eſt minor angulo NLO: angulus NEP, eſt minor angulo NLP, angulus NEQ, eſt minor angulo NLQ. In poſteriore verò ſemicirculo, nempe in ſemicirculo RTN, angulus apparentiæ angulo medii motus ſemper eſt major: ut angulus RES, eſt major an-

jor angulo RLS: angulus RET, est major angulo RLT: angulus REV, est major angulo RLV. Maximæ autem prosthaphæreses utrinq; sunt in media apparentia inter apogeum & perigeũ, nempe ad P, & T: minimæ, circa apogeum & perigeum; nullæ in ipso apogeo, vel perigeo. Et motus quidem circa apogeum apparet tardissimus: circa perigeum velocissimus, eandem ob causam: quia nempe angulus apparentiæ hinc inde ab apogeo semper est justo minor, at hinc inde à perigeo semper est justo major. Hinc morale illud: Sol quando est altissimus, lentissimo & quasi modestissimo gradu incedit: ita homines decet. Hac theoria præmissa, jam facilè erit sequentia problemata intelligere.

PROBLEMA PRIMUM.

Æqualem, sive medium motum Solis à prima stella Arietis ad quodcunq; datum tempus invenire. Coper. lib. 3. cap. 14.

Æqualis motus Solis in eccentrico ZVN, à prima stella Arietis Z, (Nam anguli FEB, & ZLN, sunt iidem) vicissim ad eandem absolvitur secundum Copernicum diebus 365. scrupulis 15'. 24''. 10'''.

Hinc patet motus Solis annuus: 5^s. 59. gr. 44'. 49''. 7'''. 4''''.
ac diurnus 0. 0. 59. 8. 11. 22.

Nam, ut 365. dies 15'. 24''. 10'''. ad 360. grad. ita 365. dies
ad 359. gr. 44'. 49''. 7'''. 4''''.
Sive quod idem est,
ad 5^s. 59. gr. 44'. 49''. 7'''. 4''''. Et
Ut 365. dies ad 5^s. 59. gr. 44'. 49''. 7'''. 4''''. ita 1. dies
ad 0. Sex. 0. gr. 59'. 8''. 11'''. 22''''.

(Tycho Brahe motum Solis diurnum statuit esse 0. gr. 59'. 8''. 19'''. 43''''$\frac{2}{3}$. Progym. pag. 13.

Notis

Notis autem motibus unius anni ac diei, noti etiam sunt motus 60 annorum, vel dierum: nempe

Motus sexagenæ annorum 5ˢ. 59ˢ. 44. gr. 49′. 7″. 4‴.

Motus sexagenæ dierum. 0. 0. 59. gr. 8′. 11″. 22‴.

Hæc periodus est motus Solaris. Locus autem illius motus, sive progressio Solis à Z, versus N, tempore NC, fuit 4. gr. 32′. 30″.

Quibus duobus ita positis, ad tempus supra datum medius motus Solis per compendiũ practæ Italicæ colligitur modo:

	Sex. an.		Sex. anni.
	1. —	5ˢ. 59ˢ. 44. gr. 49′. 7″. 4‴. —	26. 40.
	1. 59. 54. 56.	22. 21. 20.	20. 20.
Rejectis inte-	29. 58. 44.	5. 35. 20.	5. 20.
gris circulis	3. 59. 49.	52. 44. 43.	1.
Summa est	5. 15.	9. 48. 26.	

Sex. d.		Sex. dies. scr.
1. —	59. gr. 8′. 11″. 22‴. —	3. 35. 35.
2.	57. 24. 34. 6.	30. 30.
	29. 34. 5. 41.	5. 5.
	4. 55. 40. 56. 50.	
	29. 34. 5. 41.	
	4. 55. 40. 56. 50.	

3. 32. 28. 50. 30. 27. 50. Motus dierum.

5. 15. 9. 48. 26. Motus annorum.

4. 32. 30. Radix.

1. Sex. 20. gr. 8′. 38″. 56‴. 27⁗. 50. Motus æqualis Solis à prima stella Arietis: quem Copernicus vocat motum Solis æqualem simplicem: cui si

addideris præcessionem Æquinoctiorum æqualem, 27. gr. 51'. 11''. 40'''. 47''''. habebis motum Solis æqualē compositum, ad tempus supra datum:

1. Sex. 47. gr. 59'. 50''. 37'''. 14''''. 50'''''.

PROBLEMA SECUNDUM.

Æqualem motum apogei, sive centri eccentrici Solis ad quodvis datum tempus intelligere. Cop. lib. 3. c. 22.

Annuus motus apogei Solis secundum

Copernicum est	—	24''. 20'''. 14''''.
Motus diurnus	—	0''. 4'''. 0''''.

Locus autem medii motus apogei Solis, à prima stella Arietis tempore N. C. fuit 61. gr. 18'. 40''. 15'''. 24''''.

Hinc ad tempus supra datum medius motus apogei sive centri eccentrici Solis colligitur hoc modo.

Sex. anni.					Sex. anni.
1.	—	—	24'. 20''. 14'''.	—	26. 40.
	8.	6.	44 40.		20. 20.
	2.	1.	41. 10.		5. 20.
	0.	16.	13. 29. 20.		1.

10. grad. 48'. 59''. 33'''. 20''''.

Sex. d.				Sex. dies. ser.
1.	—	— 4''.	—	3. 35. 35.
		12.		30. 30.
		2. 20.		5. 5.
		2. 20.		
		— 14''. 22'''. 20''''.		Motus dierum.

10. gr.

10.gr.45'.59".33'''.20''''.	Motus annorum.
61. 18. 46. 15. 24.	Radix.
72.gr. 8. 0. 11. 4.	Summa. Medius

motus apogei Solis ad tempus ſupra datum.

PROBLEMA TERTIUM.

Æqualem motum anomaliæ apogei Solis ad quodcunq; datum tempus indagare.

Æqualis motus anomaliæ apogei eſt æqualis motus centri eccentrici Solis in epicyclo KML, tendens à K, verſus M.

Statuit autem Copernicus motum illum per omnia convenire cum æquali motu anomaliæ obliquitatis Signiferi. Iam, æqualis motus anomaliæ obliquitatis Signiferi ad tempus ſupra datum erat 174.gr.33'.

Ergo etiam æqualis motus centri eccentrici ad tempus ſupra datum eſt, *174* grad.*33*'. Atque adeo ad illud tempus centrum eccentrici Solis progreſſum erit in epicyclo ſuo à K per M, uſque ad L.

PROBLEMA QUARTUM.

Proſthaphæreſes apogei, ſive proſthaphæreſes centri eccentrici Solis ſupputare.

Proſthaphæreſis apogei, ſive centri eccentrici Solis hîc, verbi gratia, eſt angulus LEI, ad quem inveniendum præter datum angulum LIE, (qui angulus eſt anomaliæ KL, ſive anguli KIL, 174.gr.33'. complementum ad ſemicirculum 5 gr. 27'.) duo requiruntur. 1. notitia mediæ eccentricitatis EI, 2. no-

2. notitia differentiæ inter mediam & maximam eccentricitatem IK, sive IL.

Statuit autem Copernicus maximam eccentricitatem Solis EK, esse 417. minimam EI, 323. talium partium, qualium, quæ ex centro eccentrici esset 10000. Hinc latera EI & IL, colliguntur hoc modo:

EK,	417.
EX,	323.
XK,	94.
IX, vel IL,	47.
EI,	370.

Qua collectione facta, quia jam in Triangulo EIL, tria nota sunt nempe angulus LIE, & duo latera includentia angulum notum LI, & EI. Item summa angulorum duorum ignotorum, hoc est, complementum anguli dati ad duos rectos, par angulo LIK, dato 174.33. ejusq; dimidium 87. 16½. Et deniq; summa laterum datorũ 417. & differentia eorundem 323. Dico per axioma 3. planorum.

Deinceps omnia exempla supputata sunt ad radium 10000000.

Ut summa laterum datorum. ad differ. eorundem.
417. 323.
ita tangens 87. gr. 16½.
210101183.

Ad 162740844. tangentem anguli 86. gr. 29'. 1''½. qui detractus de angulo 87. 16½. relinquit angulum minimum LEI, vel BEG, 47. 28''½. quem angulum si auferas ab angulo medii motus apogei FEG, 72. gr. 8'. relinquitur verus motus apogei Solis, ad tempus supra datum FEB, 71. gr. 20'. 31''½.

PRO-

PROBLEMA QUINTUM.

Eccentricitatem eccentrici Solis invenire.

Eccentricitas eccentrici Solis ad supra datum tempus erit recta EL.

Noti autem sunt in triangulo EIL, per problema præcedens omnes anguli, & insuper etiam duo latera EI, & IL. Dico igitur per 2. planorum.

Ut IEL, o. grad. 47''. 28½. ad IL, ita EIL, 5. grad. 27'.

Sin. 138095. 47. Sin. 949771.

Ad EL, $323\frac{34552}{138095}$.

Ergo eccentricitas Solis ad datum supra tempus erit $323\frac{34552}{138095}$. respectu radii 10000. vel, quod perinde est, 323250. respectu radii 10000000.

PROBLEMA SEXTUM.

Prosthaphæreses eccentrici Solis supputare.

Prosthaphæreses eccentrici Solis (Copernicus vocat prosthaphæreses orbis) ut in protheoria diximus, sunt exempli gratia, anguli LOE, LPE, &c. Quos angulos, ut reperias, duo requiruntur.

1. Notitia distantiæ Solis ab apogeo.
2. Notitia eccentricitatis.

Distantia Solis ab apogeo repetitur subtractione veri motus apogei à medio motu Solis: vel hujus ab illo: prout quisque illorum motuum est major, vel minor. Verbi gratia.

Ad datum supra tempus erant

Medius motus Solis. 80. gr 8'. quasi ZO.

Verus motus apogei 71. 20. quasi ZN.

Ergo distantia Solis ab apogeo N, hoc est, arcus NO, sive angulus NLO, erit 8. 48.

Eccentricitas autem EL, per problema antecedens reperta est 323250. partium, qualium LO, est 10000000.

Hinc jam in Triangulo LEO, tria nota sunt:

1. Latus LO, 10000000.
2. Latus EL, 323250 eorumque.

Summa 10323250.

& differentia 9676750.

3. Anguli ELO, complementum NLO, hoc est, summa duorum angulorum E & O, 8. gr. 48'. ejusque summæ dimidium 4. gr. 24'.

Dico igitur per axioma tert. planorum:

Ut summa laterum EL & LO, ad differentiam.

10323250. 9676750.

ita tangens 4. gr. 24'.

769458.

Ad 721270. tangentem anguli 4. gr. 7'. $31''\frac{1}{2}$. qui demtus de dimidia summa angulorum ad E & O, 4. gr. 24'. relinquit angulum minimum, sive prosthaphæresin quæsitam LOE, 0. gr. 16'. $28''\frac{1}{2}$. quæ prosthaphæresis ablata de medio motu Solis 80. gr. 8'. 39''. relinquit verum motum ☉, à prima stella Arietis 79. gr. 52'. $11''\frac{1}{2}$. Cui si addas veram præcessionem æquinoctiorū, habebis verum motum Solis ab æquinoctio verno, ad tempus supra datum, hoc modo:

Medius

Medius motus ☉.	80. 8′. 39″.
Prosthaphæ.	0. 16 28½.
Verus motus a prima.	79. 52. 11½.
Præcessio æquinoctiorum.	28. 4. 26.

Verus locus ☉, ab æq. verno 107. 56. 37½. hoc est, 17. gr. 56′. 57″½. Cancri. Ergo ad tempus supra datum, nempe Anno 1600. die 30. Iunii antiqui: horâ secunda pomeridianâ, verus locus ☉, ab æquinoctio verno erit 17. gr. 56′. 37½. Cancri.

An autem calculus iste cœlo respondeat, observare poteris, per 12. problema libri primi problematum Astronomicorum.

NOTA.

NOTA. Eædem prosthaphæreses etiam per primum axioma supputari possunt, hoc modo.

NLO, 8. gr. 48'.	—	*Sinus OP,* 1529858.
	Sinus complementi, pL	9882284.
	Latus EL.	323250.
	Ep.	10205534.

Ut Ep, 10205534. ad Op, 1529858. ita Ep, 10000000. ad Op, tangentem anguli OEp, 1499047. — 8. grad. 13'. 31"½. Qui angulus subtractus de angulo pLO, 8. gr. 48'. relinquit angulum prosthaphæreticum EOL, 0. gr. 16'. 28"½. ut ante.

PROBLEMA SEPTIMUM.

Tempus æquinoctii (& similiter ingressum Solis in quodcunq; punctum Signiferi) observare.

Duobus circa æquinoctium diebus, observa altitudinem Solis meridianam, & ex ea collige locum solis in Zodiaco per problemata 11. & 12. lib. 1.

Tum tempus inter duas istiusmodi observationes interjectum partire proportionaliter, sicut majori distantiæ à puncto æquinoctiali longius tempus conveniat: minori brevius: & habebis verum æquinoctii tempus.

EXEMPLUM. Anno 1580 observavit quidam altitudinem Solis meridianam 11. & 12. diebus Martii: & inde per problemata modo citata collegit locum distantiæ Solis à puncto Æquinoctiali: ad diem 11. Martii, citra Arietem 0. gr. 7'. ad diem 12. Martii, ultra Arietem 0. gr. 52'. Iam horæ inter istas duas observationes interjectæ erant 24. Motus autem istis 24. horis conveniens erat in summa, 59. min.

Dico

Dico igitur.

59. min. dant 24. horas: quot horas dant 7. min.

```
   7.
 168.     R.
  59. (2. H. 50'.
 118.
  50.
  60.
3000.
  59. (50'.
 295.
  50.
```

Ergo ingressus Solis in Arietē fuit 11. Martii, 2. H. 50'. P. M. Sed hoc exemplum est fictum: & scrupula secunda neglecta. In seriis autem observationibus Æquinoctiorum, quia sunt maximi momenti, etiam scrupula secunda, tertia & quarta, videntur adhibenda.

PROBLEMA OCTAVUM.

Apogei locum, & eccentricitatis quantitatem observare.

Hoc problema nobilissimum explicabo per quatuor exempla itidem nobilissima: quorum unum est Ptolemæi, alterum Copernici: tertium Tychonis Brahe: quartum Iusti Byrgii: & singula tres, ad minimum, observationes solares præsupponunt.

EXEMPLUM PRIMUM. Ptolemæus invenit ab æquinoctio verno ad solstitium elapsos esse dies $94\frac{1}{2}$. à solstitio ad æquinoctium autumnale dies $92\frac{1}{2}$. per problema autem primū,

 diebus



diebus $94\frac{1}{2}$. competit æqualis motus Solis 93.gr.9.ferè. Diebus $92\frac{1}{2}$.--91.gr.11'.ferè. Sit ergo circulus Solis annuus ABCD & centrum ejus E, Æquinoctium vernum A, autumnale C, ſolſtitium B, bruma D. Per primum igitur interſtitium temporis, datus eſt motus Solis ab A, in B, ſive arcus AB, 93. gr. 9. ferè minutorum: per ſecundum interſtitium temporis datus eſt motus Solis à B in C, ſive arcus BC, 91 gr.11'. Connexis ergo punctis æquinoctialibus C & A, per rectam CFA, & ſolſtitialibus per rectam BFD, quæ rectę ſeſe rectè interſecent in puncto F, quia circumferentia ABC, eſt ſemicirculo major, quippe compoſita ex arcubus AB, 93.gr.9'.& BC, 91.gr.11'. qui duo arcus ſimul ſumti faciunt 184. gr. 20'. & quia etiam major eſt AB, quàm BC, ideo neceſſe eſt centrum circuli ABCD, inter BF, & FA, lineas, & apogeum inter æquinoctium vernum A & tropen æſtivam B, contineri. Nam centrum eccentrici & apogeum ſemper ſunt in eadem linea. Ducatur jam per centrum E, recta IEG, rectæ AFC, parallela. Quo facto, conſtituetur parallelogrammum rectangulum LEMF, cujus dimetiens

tiens

tiens FE producta in N, ostendet locum apogei Solis ad N, & eccentricitatem EF. Quæ duo hoc loco quæruntur. Quia igitur circumferentia ABC, nota est: quippe 184. gr. 20′. notum etiam est ejus dimidium AH, vel HC, 92. grad. 10′. & AG excessus arcus AH, supra quadrantem 2. grad. 10′. ejusque sinus rectus EM, 378064. respectu radii 10000000. (Copernicus sumit tantum 378. respectu radii 10000.) Item BH, excessus arcus AB, 93 gr. 9′. supra arcum AH, 92. 10. nempe 59′. ejusq; sinus rectus FM, 171616.

Quia verò in Triangulo plano FEM, nota sunt duo latera includentia rectum FM, & EM, facilè deinceps & latus reliquum & anguli reliqui innotescent.

Nam

I. Ut FM, 171616. ad EM, 378064 ita FM, 10000000.

Ad 2202965 tangentem anguli EFM, 65. grad. 35′. 6″. cujus anguli complementum est angulus BFN, æqualis angulo HEN, 24. gr. 24′. 54″. per 2. axioma planorum: quo angulo tunc apogeum Solis N, apparuit ante Solstitium æstivum B.

II. Ut EM, sinus EFM, 65. gr. 35′. 6″. ad FE, radium: ita EM.

910754.	10000090.	378064.

Ad FE, 415192, quæ tunc fuit eccentricitas Solis per 1. ax. planorum.

EXEMPLUM SECUNDUM. Copernicus anno N. C. 1515. observavit hæc tria puncta. 1. Æquinoctium autumnale. 2. medium Scorpii. 3. æquinoctium vernum: & invenit ab æquinoctio autumnali usque ad medium scorpii dies 45. scr. 16. Item invenit ab æquinoctio autumnali usq; ad æquinoctium vernum dies 178. scr. 53½. Per problema autem primum diebus 45. scrupulis 16. competit æqualis motus 44. gr. 37′. ferè. Diebus 178. scrupulis 53½. competit æqualis motus 176. gr. 19′.



Quibus ita ſeſe habentibus repetatur circulus Solis annuus ABCD, & ſit rurſus æquinoctium vernum A, autumnale B, Medium autem Scorpii ſit C. Et conjungantur puncta A & B, item C & D, rectis A & B, ſecantibus ſeſe mutuo in centro mundi F, & circumferentiæ AGC ſubtendatur recta AC. Quoniam igitur data eſt circumferentia BC, 44. gr. 37′. Item BGA, 176 gr. 19′. Item per ſubtractionem arcus BC, 44. 37. ab arcu BGA, 176. 19. arcus CGA, 131 gr. 42′. Item angulus BAC, ad circumferentiam BC, ſubduplus 22. gr. 18½. per 53. p. 1. Trig. Item angulus apparentis motus BFC, 45. gr. (quippe tota libra 30. & dimidium ſcorpii 15.) & ejus complementum ad duos rectos CFA, 135. gr. Et duorũ CFA, & FAC, complementũ ad duos rectos FCA, 22. 41½. atq; illi ex oppoſito reſpõdens circũferentia dupla DA, 45 gr. 22′. quæ cõpoſita cum circumferentia AC, 131. 42. efficit DAC, 177. gr 5′. Et quoniam ex his datis liquet utrumq; ſegmentum circuli, ACB, & CAD, eſſe ſemicirculo minus, ideo manifeſtum eſt, centrum in reliquo BLD ſegmento contineri. Sit ergo centrum illud E, per quod agatur dimetiens LEFG, ut ſit apogeum L, perigeum G. Atque à cen-

centro E, in rectam CD, ducatur perpendicularis EK. Quibus ita præstructis hæc duo quæruntur.

1. Angulus apparentis distantiæ apogei Solis ab æquinoctio verno: nempe angulus AFL.

2. Eccentricitas Solis FE.

Iam datarum circumferentiarum etiam subtensæ datæ sunt: quippe dimidiarum circumferentiarum sinus dupli per 7. p. 2. Trig. Nempe AC, partium 18249550: CD, 19993522, quarum semidiameter ponitur 10000000. Primum igitur in Triangulo CKA, quia omnes anguli dati sunt, unà cum latere AC, inquiro inde latus CF, per 2. planorum hoc modo:

Ut CA, sinus anguli CFA, 45 gr. ad CF, sinū anguli CAF, 22 gr.

7071068 3795907. (18 $\frac{1}{2}$.

Ita CA, subtensa, ad CF, subtensam

18249550. 9796765.

Deinde CF, 9796765. subtraho a dimidia CD, nempe à recta CK, 9996761. & restat FK, 199996.

Postea circumferentiæ CAD, 177. 5. complementum ad semicirculum 2. gr. 55'. colloco ex parte dimidia ad D, ex parte altera ad C, ut sit DH, 1. 27 $\frac{1}{2}$. Quo facto EK, erit sinus arcus DH, 254500. Et sic in Triangulo EFK, nota erunt præter rectum ad K, latera duo includentia rectum FK & EK. Ex illis igitur porrò inquiro angulum EFK, sive LFD, per axioma primum planorum, hoc modo.

Ut FK, 199996. ad EK, 254500. ita radius FK, 10000000. ad EK, 12725254. tangentem anguli EFK, sive LFD, 51. gr. 50'. 18". quo addito ad angulum DFA, 45. gr. (nam angulus DFA, æquatur angulo BFC) efficitur angulus LFA, 96 grad. 50'. 18". quo angulo, tempore Copernici apogeum Solis, quoad apparentiam, distabat ab æquinoctio verno. Unde subtractus

quadrans 90. gr. relinquit distantiam apogei Solis à solstitio æstivo 6. gr. 50'. 18''. adeoque ostendit locum apogei Solis in 6. gr. 50'. 18''. Cancri. Copernicus suo calculo invenit tantum $6\frac{2}{3}$. gr. hoc est, 6. gr. 40. min.

Denique, quia in Triangulo EFK, præter duo latera FK & EK, jam etiam omnes anguli noti sunt, nempe EFK, 51. gr. 50'. 18''. & ejus complementum FEK, 38. gr. 9'. 42''. & rectus ad K, pro invenienda eccentricitate EF, dico per axioma 1. Triangulorum planorum.

Ut FK,	sinus FEK, 38. gr. 9'. 42''.	ad EF,	radium.
	6178825.		1000000.

ita FK, 199996. ad EF, 323680.

Ergo eccentricitas Solis tempore Copernici fuit 323680. Copernicus rejectis ultimis tribus notis, retinet tantum 323.

EXEMPLUM TERTIUM. Tycho Brahe An. N. C. 1588. observavit hæc quatuor puncta. 1. Æquinoctium vernum. 2. medium tauri. 3. medium Leonis. 4. Æquinoctium autumnale. Et invenit ab æquinoctio verno, usq; ad autumnale, fluxisse dies 186. horas $18\frac{1}{2}$. A puncto autem vernali usque ad medium tauri, D. 46. H. 2. M. 55. Deniq; à medio Leonis usq; ad æquinoctium autumnale D. 46. H. 9. M. 40.

Per problema autem primum diebus 46. H. 2. M. 55. secundum calculum Tychonis, competit æqualis motus Solis 45. gr. 27'. 34''. Diebus 186. H. $18\frac{1}{2}$. competit æqualis motus 184. gr. 5'. 24''.

Quibus ita se habentibus, describatur circulus Solis eccentricus THLO. Et sit æquinoctium vernum T, autumnale L, Medium tauri Q. Erit ergo æqualis motus ab æquinoctio verno in æquinoctium autumnale arcus THL, ejusque complementum ad integrum circulum arcus LOT. Æqualis motus ab



tus ab æquinoctio verno uſque ad medium tauri TQ. Conjungantur deinde puncta T & L, per rectam TL. Et à Q, per E, centrum univerſi, ducatur recta QEP. Item à Q, ducatur per centrum eccentrici Z, recta QZS. Et à Z, in EQ, perpendicularis ZV. Item à P, in LE, perpendicularis PR. Erit ergo angulus HEQ, diſtantia ap. gei H, à medio tauri Q: recta vero ZE, erit eccentricitas. Quæ duo hîc quæruntur.

Quia igitur notus eſt æqualis motus ab æquinoctio verno ad autumnale: ideò notus eſt arcus THL, 184. gr. 5'. 24". ejuſq; complementum ad integrum circulum LOT, 175. gr. 54'. 36".

Quia item notus eſt motus æqualis ab ęquinoctio verno in medium Tauri: ideo notus eſt arcus QT, motum illum repræſentans 45. gr. 27'. 34".

Quia deniq; notus eſt motus apparens ab æquinoctio verno in medium Tauri: ideò notus eſt angulus QET, motum illum repræſentans 45. gr.

Porrò,

Porrò, quia notus est angulus QET, 45. gr. notum etjam est ejus complementum ad duos rectos PET, 135. gr.

Item, quia notus est arcus QT, 45. gr. 27′. 34″ notus est etjam angulus illi oppositus QPT, ad arcum QT, subduplus, 22. gr. 43′. 47″. per 53. p. 1. Trigonometriæ nostræ. Qui angulus QET, additus ad angulum PET, efficit 157. grad. 43′. 47″. Cujus complementum ad duos rectos est PTE, 22. gr. 16′. 13″.



Cujus duplum, 44. gr. 32′. 26″. est arcus illi oppositus LP, rursus per 53. p. 1. Trigonometriæ nostræ. Qui arcus LP, 44 grad. 32′. 26″. subtractus ab arcu LOT, 175. gr. 54′. 36″. relinquit arcum POT, 131. grad. 22′. 10″. Cujus arcus subtensa est 18225868. duplus nempe sinus 9112934. arcus POT, dimidii. 65. gr. 41′. 5″.

Quod si ad arcum POT, 131. gr. 22′. 10″. addas arcũ TQ, 45. gr. 27′. 34″, etiam innotescit arcus POQ, 176. gr. 49′. 44″. Cujus dimidium est arcus 88. grad. 24′. 52″, cujus arcus sinus est 9996171. Cujus duplum 19992342. est subtensa arcus POQ, nempe recta PQ.

Iam

Iam, in Triangulo PRT, rectangulo ad R, quia notus est acutus ad T, 22. gr. 16'. 13". ideo data est ratio laterum tripliciter. Et quia præterea notum est latus TP, 19992342. dabitur etiam latus PR, triplici; facilimè autem, hac proportione:

Ut PT, radius	—	10000000.
Ad PR, sinum anguli PTR		3789761.
Ita PT, subtensa	—	18225868.
Ad PR, in iisdem partibus		6907168.

Per primum axioma planorũ.

Porrò in Triangulo PER, quia notus est angulus PER, æqualis angulo QET, 45 gr. Et latus PR, 6907168. facilimè etjam dabitur latus PE, hac proportione:

Ut PR, radius	—	—	10000000.
Ad PE, secantem anguli RPE			14142136.
Ita PR,	—	—	6907168.
Ad PE, in iisdem partibus		—	9768210.

Rursus per primum axioma planorum.

Hoc verò segmentum PE, 9768210. si auferatur ab integra subtensa PQ. 19992342. relinquitur segmentum EQ, 10224131. A quo si rursus auferatur dimidia subtensa PQ, nempe VQ, 9996170. relinquitur EV, 227961.

Sed & angulus SQP, notus est: dimidium nempe arcus SP, qui arcus est arcus QOP, complementum ad semicirculum. Quia igitur arcus QOP, est 176. gr. 49'. 44". ideo arcus SP, est 3. gr. 10'. 16". Angulus vero SQP, 1. gr. 35'. 8". Cujus anguli sinus sine controversia est recta ZV. Ergo recta ZV, est 276696. (Pro quo numero Tycho perperam habet 276591: quia non arcum SP: ut debebat: sed sinum illius arcus dimidiavit.)

Quia igitur in Triangulo ZVE, jam nota sunt duo latera circa rectum, ZV, 276696. & EV, 227961. facile etiam innotescet angulus ZEV, & latus ZE. Nam:



I. Ut EV, 227961. ad VZ, 276696. ita EV, radius 10000000, ad VZ, tangentem anguli VEZ, 12137866. Cui tangenti respondet angulus VEZ, vel HEQ, 50. grad. 30′. 57″. Cui si addas angulum QET, 45. gr. efficitur angulus HET, 95. grad. 30′. 57″. Cecidit igitur tunc apogeum Solis in 5. grad. 30′. 57″. Cancri. Non in 5. grad. 30′. ut habet Tycho, ex causa nuper indicata.

II. Ut EV, radius 10000000. ad EZ, secantem anguli ZEV 15726609. ita EV, 227961. ad EZ, 358505. Quæ fuit eccentricitas illius temporis. Pro qua Tycho perperam habet 358416. ex causa jam bis tacta.

EXEMPLUM QUARTUM. Justus Byrgius, Mechanicus Cassellanus, & Mathematicus ingeniosissimus, observavit an. 1591. Solem his tribus diebus: nempe 13. Ianuar. 22. April. & 7. Augusti. Et in prima quidem observatione invenit locum Solis 3. grad. 7′. aquarij. In secunda: 11. grad. 26′. Tauri. In tertia:

tertia: 23. grad. 42. Leonis. Tempus inter primam & secundam observationem fuit dierum 99. Tempus inter secundam & tertiam observationem fuit dierum 107. Medius motus diebus 99. cōveniens est 97. gr. 34'. 44". Medius motus 107. dieb' conveniens est 105. grad. 27'. 51'. Verus motus diebus 99. peractus fuit 98. grad. 19'. Verus motus diebus 107. peractus fuit 101. grad. 16'.

Descripto itaq; circulo Solis eccentrico FGIK. Sit prima observatio ad F, secunda ad G, tertia ad H.

Per æqualem motum à prima observatione ad secundam, notus est arcus FG, 97. gr. 34'. 44". ejusq; de Canone subtensa, partium 15045870. qualium radius EI, sit 10000000.

Per æqualem motum inter secundam & tertiam observationem notus est arcus GH, 105. grad. 27'. 51". ejusq; de Canone subtensa 15850698.

Per apparentem motum à prima observatione ad secundam, notus est angulus GDF, 98. gr. 19'.

Per apparentem motum inter ſecundam & tertiam obſervationem notus eſt angulus GDH, 102. gr. 16′.

Per aggregationem verò arcuum FG & GH, manifeſtus fit arcus FGH, 203. gr. 2′. 35″, ejuſque complementum HRF, 156. gr. 57′. 25″.

Per arcum FG notum notus eſt angulus GRF, ad arcum FG, ſubduplus 48. gr. 47′. 22″. in Triangulo GRF.

Item, per angulum FDG, notum 98. gr. 19′. notus eſt etiam angulus complementi RDF, 81. gr. 41′. Et per aggregatum horum duorum angulorum RDF, & DRF, quod aggregatum eſt 130. gr. 28′. 22″. notus eſt etiam angulus tertius in Triangulo RDF, nempe RFD, 49. gr. 31′. 38″.



Sic in triangulo HDR, notus eſt angulus HRD, ſubduplus ad arcum oppoſitum HG, 52. grad. 43′. 55″½. Item angulus HDR, reſiduum anguli FDH, ſi inde auferatur angulus FDR, qui erat 8. gr. 41′, Angulus autem FDH, erat 159. gr. 25. comple-

complementum ſcilicet angulorum FDG, & GDH, per apparentes motus datorum. Ergo angulus HDR, eſt 77. gr. 44′. Qui junctus angulo HRD, 52. gr. 43′. 55″½. efficit 130. grad. 27′. 55″½. cujus complementum ad duos rectos eſt angulus RHD, 49. gr. 32′. 4″½.

Quia igitur in triangulo HRD, noti ſunt omnes anguli, nota ſunt etiam latera in partibus, quarum dimetiens circuli triangulo HRD, circumſcripti ſit 10000000, nempe ſic.

Anguli HRD, 52. gr. 43′. 55″½. Sinus 7929849. HD.
Anguli HDR, 77. gr. 44′. 0″. Sinus 9771693. HR.
Anguli RHD, 49. gr. 32′. 4″½. Sinus 7607978. RD.

Item, quia in triangulo RDF, noti ſunt omnes anguli, nota ſunt etiam latera in partibus, quarum dimetiens circuli triangulo RDF, circumſcripti ſit 10000000. nempe ſic.

Anguli RDF, 81. gr. 41′. 0″. Sinus 9894837. RF.
Anguli DRF, 48. gr. 47′. 22″. Sinus 7522935. DF.
Anguli DFR, 49. gr. 31′. 38″. Sinus 7607144. DR.

Porrò, in triangulo RHD, cupio latus HR, habere in partibus, quarum RD, eſt 7607144. & RF, 9894837. Dico igitur per ſecundum axioma planorum:

Ut RD, 7607978. ad RH, 9771693.
Ita RD, 7607144. ad RH, 9770622.

Iam igitur in triangulo FRH habeo duo latera FR, & RH, in iiſdem partibus, nempe FR, 9894837. & RH, 9770622.

In eodem triangulo FRH, habeo angulum FRH, ſubduplum ad circumferentiam oppoſitam FGH, quæ circumferentia ſupra inventa eſt, 203. gr. 2′. 35″. Ergo angulus FRH, eſt 101. gr. 31′. 17″½.

Inquiro igitur reliquos duos angulos per tertium axioma planorum, hoc modo:

Latus FR,	9894837.	
Latus RH,	9770622.	
Summa.	19665459.	
Differentia,	124215.	
Angulus FRH,		101. grad. 31'. 17''½.
Summa reliquorum duorum		78. grad 28'. 42½.
Dimidium.	39. gr. 14. 21¼. Tang. 8167209.	

Dico igitur:

Ut 19665459. ad 124215. ita 8167209. ad 51587. tangentem anguli 0. gr. 17'. 44''. Qui additus ad dimidium angulorum quęsitorum 39. gr. 14. 21. efficit angulum FHR, ex duobus quæsitis maximũ 39. gr. 32'. 5''. Demtus verò idem angulus 0. gr. 17'. 44''. ab eodem angulo 39 gr. 14'. 21''. relinquit angulum è quæsitis minimum HFR, 38. gr. 56'. 37''.

Noto autem angulo HFR, notus est etiam arcus HR, duplum nempe anguli HFR, 77. gr. 53'. 14''. Quo arcu HR, 77. gr. 53'. 14''. demto de arcu HRF, 156. gr. 57'. 25''. relinquitur arcus RF, 79. gr. 4'. 11''. Qui additus ad arcum FG, 97. gr. 34'. 44''. efficit arcum RFG, 176. gr. 38'. 55''. Cujus complementum ad semicirculum est arcus GI, 3. gr. 21'. 5''. cujus dimidium est angulus oppositus GRI, 1. grad. 40'. 32''½. Cujus sinus est recta EN, 292421. Quâ notâ, recta DN, porrò inquiritur hoc modo.

In Triangulo FRD, nota est ratio laterum: è superioribus. Atqui jam etiam latus RF, notum est, in partibus quarum semidiameter circuli eccentrici sit 10000000: atq; adeo in partibus quarum EN, sit 292421. Nam arcus FR, notus est, 79. gr. 4'. 11'. Nota igitur est etiam subtensa illius arcus, nempe duplus sinus arcus dimidii, 39. gr. 32'. 5''½. Qui sinus est 6365475. Ergo subtensa FR, est 12730950. Itaque per secundum planorum, dico:

Ut

Ut RF, sinus anguli RDF.	9894837.
Ad RD, sinum anguli RFD.	7607144.
Ita RF, subtensa	12730950.
Ad RD, in iisdem partibus.	9787544.

Cæterùm, antea datus est arcus RFG, 176. gr. 38'. 55''. Cujus dimidiũ est 88. gr. 19'. 27''$\frac{1}{2}$. Cujus sinus est RN, vel NG, 9995818. Unde si subtrahas rectam RD, 9787544. relinquitur recta DN 208274. Quâ notâ porrò dico:

Ut DN, 208274. ad EN, 292421. ita DN, radius. 10000000. ad EN, tangentem anguli EDN, 14040206. cui tangenti competunt 54. grad. 32'. 28''. Ergo angulus KDG, est 54. grad. 32'. 28''. Punctum autem G, erat 11. gr. 26', tauri, hoc est, 41. grad. 26'. ab ariete. Adde ergo:

41. gr. 26'.
54. gr. 32'. 28''. Et invenies.
95. gr. 58'. 28''.

Ergo apogeum illo tempore fuit in 5. gr. 58'. 28''. Cancri.

Denique, notis in triangulo plano rectangulo DEN, duobus lateribus & omnibus angulis, ad inveniendam eccentricitatem DE, porrò dico:

Ut DN, radius, 10000000. ad DE, secantem anguli EDN, 17237852. ita DN, in partibus quarũ EI, sit 10000000, — 208274, ad DE, in iisdem partibus 359019.

Ergo eccentricitas Solis illo tempore fuit 359019. partium, qualium radius eccentrici sit 10000000.

PROBLEMA NONUM.

Dierum civilium inæqualitatem corrigere. Cop. lib. 3. cap. 26.

Dies

Dies civiles (quos Copernicus vocat dies naturales.) inæquales esse, ad primum problema libri secundi diximus. Corrigitur autem ista inæqualitas hoc modo.

Primum, sint in promptu medius motus Solis compositus, hoc est, medius motus ☉, ab æquinoctio verno medio: & ascẽsio recta veri loci Solis ab æquinoctio verno apparẽte: tùm ad tempus datum, tùm ad radicem temporis dati.

Deinde, medium motum minorem subduc à majore: similiterque ascensionem rectam minorem ab ascensione recta majore.

Quo facto, si differentiæ mediorum motuum & ascensionum rectarum fuerint æquales, tempus quoq; est æquale.

Sin autem: excessus quidem differentiæ ascensionum rectarum est ad tempus datum addendus: excessus verò mediorum motuum est ab eodem tempore dato auferendus.

Causa est in promtu. Quia differentiæ illæ mediorum motuum & ascensionum rectarum nihil aliud sunt, quàm ostensio, utrum medius, an verus motus Solis terminum dati temporis (si motus uterq; in æquatore, ab ♈, versus ♋, censeatur.) prætercurrerit. Quod si ergò verus motus, sive ascensio ejus recta prætercurrerit: tempori dato excessus necessariò est addendus: & contra.

Exemplum.

Tempore N. C. medius motus ☉, ab æq. m. fuit *278. 2'.*

Verus locus ☉, ab æq. vero *279. 17.*

ejusque ascensio R, *280. 6.*

Tempore supra dato medius motus ☉, ab æq. m. erit *107. 59.*

Verus locus ☉, ab æq. vero *107. 55.*

Ejusq; ascensio recta. — *109. 25.*

Calcu-

Calculus talis erit.

Medius motus N. C.	278. gr.	2'.	AR, veri motus.	280. gr.	6.
Medius motus noster	107.	59.	AR, veri motus.	109.	25.
Differentia	170.	3.	Differentia	170.	41.
	—	—		170.	3.
Excessus differentiæ ascensionum R.				0.	38.

Hic excessus est addendus ad horas duas supra datas.

Conveniunt autem singulis gradibus Æquatoris 4. scrupula prima unius horæ. Nam

Ut 15. gr. ad 60. scr. hor. ita 1. gr.
Ad 4. scr. hor.

Ergo 38. primis conveniunt 2'. 32''. scrupula horaria.
Nam
Ut 1. grad. ad 4. ita 0. gr. 38.

	2'. 24''.	30'''.
	8.	6.
ad	2'. 32''.	2.

Ergo tempus supra datum, & per hoc problema correctum, sive æquatum, est

Annuus 1600. dies 30. Iunii. hora P.M. 2'. 32''.

Quantum igitur Sol proprio motu interim emensus est, dum 2'. 32''. unius horæ ascenderunt, tantum ipsius motui, per problema sextum reperto, est addendum. Conficit autem Sol singulis horis duo scrupula prima, & 28. ferè tertia. Nam

Ut 24. horæ ad motum diurnum. 59'. 8''. 11'''. 22''''. ita 1.

6.		14. 47. 2. 50.
3.		7. 23. 31. 25.
1.	Ad —	2''. 27. 50. 28.

Ergo hora nulla, scrupulis 2'. 32''. conficit 6''. 14''''.

Nam

Ut 1. hor. ad 2″. 28‴. 0⁗. ita 0. hor. 2′. 32″.

4. 56. 30.
1. 14. 2.
4.
ad 6‴. 14⁗.

Nihil autem in motu Solis habent momenti 6‴. 14⁗.

Ergo ista additio hic tutò negligi poteſt.

PROBLEMA DECIMUM.

Data differentia meridianorum, differentiam horarum intelligere, & contra.

REGULA. Si locus ſit orientalior, adde differentiam longitudinis, in tempus converſam, ad horas datas: ſi ſit occidentalior, ſubtrahe.

Orientalior autem eſt locus, cujus longitudo eſt major: & contra.

EXEMPLUM Longitudo meridiani Cracovienſis, ad quē noſtrum quoq; exemplum ex ſententia Copernici hactenus ſupputavimus, eſt 45. gr. 30. minutorum.

At longitudo meridiani Heidelbergenſis eſt tantum 30. grad. 45′.

Ergo Heidelberga eſt occidentalior.

45. gr. 30′.
Differentia autem 30. 45.
Longitudinis eſt 14. gr. 45′.

Quibus gradibus & ſcrupulis reſpondent H. 0. ſcr. 59′.

Nam

Nam.

Ut 1. gr. ad 4'. ita 14. gr. 45'.

56.

3.

ad 59.

Ergo quæ Cracoviæ est hora usualis 2. P. M. ea Heidelbergæ est hora 1. gr. 1'. P. M.

Nam si de 2. h. 0'.
Subtrahas 0. h. 59'.
Relinquuntur 1. h. 1'.

Sic ex diversis meridianis, diversas apparentiarum cœlestium horas: & contra, ex diversis apparentiarum cœlestium horis diversos diversorum locorum meridianos indagare poteris. Atq; hoc fundamentum est observandarum longitudinum, præcipuorum in terra locorum. Si nempe observetur, quota hora eadem Eclipsis Lunaris, aut alius quispiam insignis motus apparuerit in hoc, vel illo loco.

PROBLEMA UNDECIMUM.

Distantiam Solis à centro terræ supputare.

Distantia Solis à centro terræ maxima EN, per Eclipses reperta est semidiametrorum terræ 1179.

Hinc reliquæ distantiæ Solis à centro terræ ita supputantur.

Si Sol sit in perigeo, adeoque distantia ejus à centro terræ minima ER. Quia ER, est talium partium 9676750. qualium EN, est 10323250. per problema sextum. Ideo dico:

Ut EN, 10323250. ad ſemidi. 1179, ita ER, 9676750. ad ſemid. 1105. 9'. 51".

Si Sol neque in apogeo, neque in perigeo ſit: Verbi gratia, ſi ad O, conſiſtat:

Primum colligo, ut ſemper in promtu habeam ſemidiametros radii eccentrici LO, hoc modo:

Ut EN, 10323250. ad ſemid. 1179. ita LN, vel LO, 10000000. ad ſemid. 1142. 4'. 56".

Deinde, pro invenienda diſtantia Solis à centro terræ EO, dico per axioma ſecundum.

Ut

Ut LEO, 8. $31\frac{1}{2}$. ad LO, semid ita ELO, 8. gr. 48'.

Sinus 1482409. 1142. Sin. 1529858.

ad $1178\frac{1}{2}$. semid. terræ.

PROBLEMA DUODECIMUM.

Parallaxes Solis supputare.

Hîc duo requiruntur. 1. distantia Solis à vertice, in circulo, qui per polos horizontis. 2. distantia Solis à centro terræ, in linea recta à centro terræ ad Solem ducta. Distantia Solis à vertice, si non sit in ipso horizonte, reperitur per problema octavum libri primi. Et erit ad tempus supra datum 29. gr. 51'.

Distantia Solis à centro terræ reperitur per problema proximè præcedens. Et erit ad tempus modo dictum $1178\frac{1}{2}$. semidiametrorum terræ.

His duobus datis, parallaxis Solis facilè supputatur maxima quidem, quæ circa horizontem contingit, per axioma 1. planorum, hoc modo:



Ut GD, $1178\frac{1}{2}$. ſemid. terræ ad DA, 1. ſemid. terræ. ita GD. radius 10000000.

Ad DA, 8485. ſinum anguli DGA, 2'. $55\frac{1}{2}$''.

Cæteræ verò, vel per axioma 3. hoc modo.

Latus DF, $1178\frac{1}{2}$. ſemidiametri terræ.
Latus AD. — 1. ſemidiameter terræ.

Summa $1179\frac{1}{2}$.
Differentia $1177\frac{1}{2}$.
Angulus ADF, 29. gr. 51'.
Compl. ad 2. rectos 150. 9.
Dimidium — 75. gr. 4'. 30''. Tangens 37516877.

Ergo:

Ut $1179\frac{1}{2}$. ad $1177\frac{1}{2}$. ita 37516877.

Ad 37453262. tangentem anguli 75. grad. 3'. 2''. qui ſublatus de angulo 75. grad. 4'. 30''. relinquit parallaxin Solis AFD, o. grad. 1'. 28''.

Vel per axioma primum, hoc modo.

ADF, 29. gr. 51'. Sinus LF, 4977310.
Sinus complementi LD, 8673314.
Sinus maximæ parallaxeos AD, 8485. Subtr.
AL, 8664829.

Ut AL, 8664829, ad LF, 4977310. ita AL, 10000000. ad LF, 5744268. tangentem anguli LAF, 29. gr. 52'. 28''. A quo demtus angulus LDF, 29. grad. 51'. relinquit angulum AFD, o. gr. 1'. 28''. ut ante.

PROBLEMA DECIMUM TERTIUM.

Quomodo parallaxis Solis, longitudinem, vel latitudinem eius mutet, oſtendere. Cop. lib. 4. cap. 26.

Si ver-



Si verticalis per Solem transiens sit ipse Signifer, tota parallaxis in longitudinem transit: eamq; minuit in quadrante Signiferi occidentali, auget in quadrante orientali. Sit enim Meridianus, idemq; colurus solstitiorum ABCD. Horizontis semicirculus occidentalis AED. Æquator CE. Signifer, idemq; circulus verticalis BE, polus Æquatoris F, polus Signiferi A, Locus Solis ad G, parallaxis GH, longitudo Solis EG.

Manifestum est longitudinem Solis EG, per parallaxin GH, quoad visum minui arcu GH. Nunquam autem hoc cõtingere potest, nisi elevatio poli par sit maximæ declinationi Solis, & solstitium polo proximum in medio cœli existat.

¶ Si verticalis per Solem transiens sit Signifero rectus, tota parallaxis in latitudinem transit: atque adeò latitudinem aliquam austrinam Soli conciliat.

Sit enim Meridianus ABCD, Horizontis semicirculus occidentalis BED. Æquator AEC, Signifer PQR, polus Æquatoris F, polus Signiferi G: polus Horizontis T, Sol ad L

parallaxis



parallaxis Solis LM, verticalis per Solem transiens TLS. Signifero rectus ad L. Quia igitur verticalis TLS, est Signifero rectus, ideo per polos ejus transit: per 57. p. 1. Trig. Quia autem verticalis TLS, per polos Signiferi transit, ideò est unus è circulis latitudinum: per principia sphærica: ac proinde tota parallaxis LM, est quasi latitudo Solis austrina.

¶ Si verticalis per Solem transiens sit Signifero obliquus, parallaxis Solis partim longitudinem ejus mutat, partim latitudinem aliquam austrinam ipsi conciliat.

Sint enim cætera, ut ante, sed verticalis TLS, per Solem transiens jam sit Signifero obliquus. Et sit parallaxis LM, ac per locum Solis visum M, transeat circulus latitudinis GMN, angulis ad N rectis, per principia sphærica. Manifestum est, longitudinem Solis QL, hoc modo diminui arcu NL, & Solem videri in latitudine austrina NM.

¶ An autem angulus sectionis verticalis & signiferi, nempe angulus TLP, sit rectus an obliquus, id ita cognosces.

NOTA



NOTA est aut esse potest per antecedentia problemata ascensio recta Solis QO, quæ composita cum arcu horario dato OA, constituit arcum QA, cujus complementum ad semicirculum est arcus QC. Quo noto, quia in Triangulo QCR, præterea etiam angulus maximæ declinationis ℭQR notus est, & angulus ad C. rectus: ideo dico:

I. Ut radius ad tangentem CQR, ita sinus QC, ad tangentem arcus CR, cui ex opposito æquatur arcus PA, quo demto de arcu AT, (qui arcus par est elevationi poli DF.) relinquitur arcus TP, per ax. 2. sphær.

II. Notis in Triangulo QCR, lateribus QC, & CR, includentibus rectum QCR, inquiro latus tertium QR, per axioma quartum. Idq; compono cum longitudine Solis data QL. Unde innotescit complementum ad semicirculum LP.

III. In eodem Triangulo QCR, dico:

Ut QR, sinus ad QCR, radium, ita QC, sinus ad QRC, sinum per ax. 3. cui angulo QRC, ex opposito æquatur angulus LPT, per 59. p. 1.

IV. Ut LT, ad LPT, ita TP, ad TLP, per ax. 3. sphær.

EXEMPLUM. Ad tempus supra datum longitudo Solis QL, erit 107.56'.37''½. declinatio LO, 22. gr. 15'. 44''. ascensio recta QO, 109. gr. 26'. 40'', angulus horarius LFT, sive arcus OA, respectu Meridiani Heidelbergensis 15. gr. 15'. Quæ duo simul sumta efficiunt arcum QA, 124. gr. 41'. 40''. cujus complementum ad semicirculum QC, est 55. gr. 18'. 20''. Angulus autem maximæ declinationis CQR, est 23. gr. 28'.

Dico igitur:

I. Ut radius ad tãg. CQR, 23. gr. 28' ita sinus CQ, 55. gr. 18'. 20''.

10000000. 4341208. 8221992.

Ad 3569337. tangentem arcus CR, 19. gr. 38'. 35''. per ax. 2. subtracto autem CR, hoc est, AP, de elevatione poli AT, 49. gr. 35'. relinquitur arcus TP, 29. gr. 56'. 25''.



II. CR.

II.	CR, 19. gr. 38′ 35″.	—	19. gr. 38′ 35″.			
	QC, 55. 18. 20.	—	34. 41. 40.			
	74. 56. 55.		54. 20. 15.	8124653.		
	15. 3. 5.	—	—	2596853.		
				10721506.		
				5360753.		

Sinus arcus 32. gr. 25′. cujus complementum 57. gr. 35′. est arcus QR. Qui arcus compositus cum longitudine Solis QL, efficit arcum RL, 165. gr. 31′. 37″ ½. cujus complem. ad semicirculum est arcus LP, 14. grad. 28′. 22″ ½. per axiom. 4. sphæric.

III. Ut QR, 57. gr. 35′. ad CQR, rad. ita QC, 55. gr 18′. 20″.

8441720.	10000000.	8221992.

Ad QRC, sive LPT, 97402. sinum anguli 76. gr. 53′. 55″. per axiom. 3.

IV. Ut LT, 29. gr. 51′. ad LPT 76. gr. 54′. 40″. ita PT, 20. gr. 50′ 22″.

4977310.	9740199.	4990844.

Ad 9766684. sinum anguli TLP, 77. grad. 35′. 55″. per axiom. 3.

Ergo angulus TLP, sectionis verticalis cum Signifero in hoc exemplo non est rectus: ac proinde parallaxis LM, partim longitudinem, partim latitudinem Solis mutat. Longitudinem minuit arcu NL, latitudinem austrinam Soli conciliat, arcum NM, qui duo arcus porrò facilè reperiuntur, hoc modo.

In Triangulo NLM.

I. Ut LNM, rect° ad LM, parallaxin 1′. 28″. ita NLM, 77. gr. 35′. 55″.

10000000.	Sin. 4264.	9766684.

Ad 4164, sinum arcus NM, 1′. 26″. quæ erit visa latitudo Solis austrina ad tempus supra datum.

II. Ut Tãg. NLM, 77. gr. 35'. 55''. ad rad.

454826.	10000000.

Ita tangens MN, 1'. 26''.

4164.

Ad 916. ſinum arcus NL 18'. qui arcus ſubtractus à vera longitudine Solis 107. gr. 56'. 37½. relinquit viſam longitudinẽ Solis 107. gr. 56'. 19''½. per ax. 2.



PROBLEMA XIV.

Data vera diametro Solis, unà cum diſtãtia Solis à centro terræ, apparentem diametrũ Solis per numeros invenire.

Vera ſemidiameter Solis ſecundum Copernicum eſt ſemidiametrorum terræ 5. gr. 27'. ferè.

Diſtantia autem Solis à centro terræ ad tempus nuper conſtitutum erit 1178½. ſemidiametrorum terrę per problem. 12. Dico igitur:

Ut KD, 1178½. ad DC, 5. gr. 27'.

70710. ſcr.	327. ſcr.

Ita KD, radius 10000000.

Ad DC, 46245. tangentem anguli DKC, 15'. 54''. Ergo apparens diameter Solis tum erit 31'. 48''.

FINIS.

BAR-

BARTHOLOMÆI PITISCI
Grunbergensis

PROBLEMATUM ASTRONOMICORVM

LIBER QUINTUS.

De motu Lunæ proprio.

PROTHEORIA.

SOL unicum habet motum, nempe longitudinis. Semper enim versatur sub Ecliptica. Reliqui planetæ duplicem habent motum, unum longitudinis, alterum latitudinis. Nā ut via Solis ad Æquatorem est obliqua: ita viæ reliquorum planetarum ad viam Solis sunt obliquæ. Igitur Lunæ & longitudinis & latitudinis motus seorsim est explicandus. Motus longitudinis Lunæ est ab occasu in ortum, ut omnis omnium stellarum motus proprius. Etsi autem per se proculdubio est æqualis: nobis tamen apparet inæqualis. Causam inæqualitatis alii aliam excogitarunt. Copernicus affingit motui longitudinis Lunæ duos epicyclos. Iuxta cujus sententiam, sit circulus mundo concentricus, at Eclipticæ pro latitudine Lunæ obliquus GCHK, centrum ejus & simul centrum terræ D. Dimetiens FEDK, epicyclus primus AB, secundus EF. Et centrum quidem epicycli primi C, moveatur secundum or-

 dinem



dinem signorum à C, in H, sic ut tempore menstruo totum circulum CHKG, obeat. Centrum verò epicycli secundi A, in circumferentia epicycli primi moveatur motu contrario ab A, in G, paulò celerius, quam centrum epicycli primi. Luna denique ipsa, moveatur in circumferentia epicycli secundi ab E, in L, motu ad motum circuli CH, duplo: sic, ut quando linea FED, est cum loco Solis medio (hoc est, in conjunctionibus & oppositionibus Solis & Lunæ.) Luna sit centro C proxima, hoc est, in E, constituta: in quadraturis autem remotissima, hoc est, in F, constituta. His ita positis,

poſitis, motus longitudinis Lunæ declarari,& ratio apparentis circa motum illum inæqualitatis reddi poterit. Motus latitudinis Lunæ nihil aliud eſt, quàm motus nodorum Eclipticæ & circuli obliqui Lunæ: quos nodes vulgò vocant caput & caudam Draconis. Moventur autem illi nodi contra ſignorum ordinem, prorſus, ut nodi Eclipticæ & Æquatoris. Itaq; hic nulla nova theoria eſt opus.

PROBLEMA PRIMUM.

Medium ſive æqualem motum longitudinis Lunæ à Sole (hoc eſt, motum puncti C in H, &c.) ad quodvis datum tempus colligere. Cop. lib. 4. cap. 41.

Motus longitudinis Lunæ,ut & reliquorum 5. planetarum, primum deducitur à Sole. Deinde collatione facta cum motu Solis, facilè ejus locus, vel à prima ſtella Arietis, vel ab æquinoctio verno reperitur.

Eſt autem periodus curſus Lunæ à Sole dierum 29. ſcrupulorum 31'. 50''. 7'''. 52''''. 57'''''.

Unde conficitur

Motus ejus annuus		1''. 14'. 9. gr. 37'. 22''. 30'''. 25''''.
Motus diurnus	—	12. 11. 26. 41. 31.
Motus horarius	—	30. 28. 36. 44.

Et fuit tempore N. C. motus Lunæ à Sole 3'. 29. gr. 58'.

Ex quibus ita ſumtis, æqualem motum Lunæ ad tempus ſupra datum colligo hoc modo.

II. Sex. an.		Sex. anni.
1. — 1''. 14'. 9'. 37. gr. 22'. 30''. 25'''.	—	26. 40.
24. 43. 12. 27. 32. 8. 20.		20. 20.
6. 10. 48. 6. 53. 2. 5.		5. 20.
49. 26. 24. 55. 4. 16.		1.
30. 42. 51. 6.		

II. Sex. d. — Sex. d. ſcr.

1. — 12ˢ. 11. gr. 26′. 41″. 31‴. — *3. 35. 35′. 6″. 26‴.*

36. 34. 20. 4. 33. — *30. 30.*
6. 5. 43. 20. 45. 30. — *5. 5.*
1. 0. 57. 13. 27. 35. Nota 6″. 20‴. ſcrupula die-
6. 5. 43. 20. 45. erum ſunt 2′. 32″. ſcrupula
1. 0. 57. 13. 27. horaria per correctionẽ
1. 13. 8. 40. inæqualitatis dierum civi-
4. 3. 48. lium li. 4. probl. 9. reperta.

1. 48. 8. 36. 32. 45. Motus dierum.
0. 36. 42. 51. 6. 0. Motus annorum.
3. 29. 58. Radix.
5ˢ. 54. gr. 49′. 27″. 38‴. 45⁗. Summa. Motus æqualis Lunæ à Sole, ad tempus ſupra datum.

PROBLEMA SECUNDUM.

Æqualem motum anomaliæ lunaris, ſive æqualem motum epicycli primi, nempe puncti A, in G, &c. ad quodvis datum tempus invenire. Copern. lib. 4. cap. 4.

Æqualis motus anomaliæ Lunaris, ſive Epicycli primi annuus eſt — 1ˢ. 19ˢ. 28. gr. 43′. 9″. 7‴. 15⁗.
diurnus — 13. 3. 53. 57. 1.
horarius — — 32. 39. 44. 52.

Et fuit tempore N. C. 3ˢ. 27. gr. 7′.

Hinc pro tempore dato motus æqualis anomaliæ lunaris colligitur hoc modo:

I. Sex.

I. Sex. an.

1. — $1^{'''}.19^{''}.28^{'}.43$.gr.$9'.7''.15'''$. — 26.40.

26. 29. 34. 23. 2.25. 0. — 20.20.

6. 37. 23. 35. 45.36.15. — 5.20.

26. 29. 34. 23 2. 25. — 1.

26. 29. 34. 23. 2. 25.

1. 50. 43.13.20.

II. Sex. d. — Sex. d.

1. — $13^{'}$. 3.gr.$53'.57''.1'''$. — 3.35.$35'.6''.20'''$.

39.11. 41.51. 3.

6.31. 56.58.30.30.

1. 5. 19 29 45. 5.

6. 31.56 58 30.

1. 5.19 29.45.

1.18.23 23.

6 31.56.

$4^{'}$.56.gr.$37'.0''.42'''.9''''$. Motus dierum.

1.50. 43.13.20. 0. Motus annorum.

3.27. 7. Radix.

$4^{'}$.14.gr.$27'.14''.2'''.9''''$. Motus æqualis anomaliæ lunaris ad tempus ſupra datum.

PROBLEMA TERTIUM.

Æqualem motum epicycli ſecundi, nempe puncti E, verſus L. reperire.

Æqualis motus epicycli ſecundi, ut in Protheoria dixim⁹, eſt ad æqualem motum Lunæ duplus. Atqui æqualis motus Lunæ ad tempus ſupra datum erat,

$5^{'}$.54.gr.$49'.27''.38'''.45''''$.

 Ergo

Ergo æqualis motus epicycli ſecundi ab E in L, ad tempus ſupra datum, abjectis integris circulis, eſt.

5.49.gr.38′.55″.17‴.30⁗.

Id eſt:

349.gr.38′.55″.

PROBLEMA QUARTUM.

Proſthaphæreſes epicycli ſecundi ſupputare. Copern. lib. 4. cap. 11.



Proſthaphæreſis epicycli ſecundi, exempli gratia, eſt angulus ACI vel ACO, ad quem inveniendum præter æqualem motum puncti E, unde innoteſcit angulus EAI, prorſus ut in Sole, hæc duo requiruntur.

1. Notitia mediæ eccentricitatis Lunæ, ſive notitia radii epicycli primi CA.

2. Noti-

2. Noticia differentiæ inter mediam & maximam eccentricitatem Lunæ, sive notitia radii epicycli secundi AF, vel AE, vel AI.

Statuit autem Copernicus maximam eccentricitatem Lunæ, sive rectam CF, esse partium 1334 qualium DC, sit 10000. Minimam verò eccentricitatem, sive rectam CE esse partium earundem 860. Est ergo media eccentricitas CA, partium 1097. differentia inter maximam & mediam eccentricitatem AF, vel AE, vel AI. partium 237.

Quibus ita hoc loco sumtis (demonstrationes enim Copernici huc transcribere nimis prolixum foret) in Triangulo CAI, nota sunt duo latera CA, & AI, includentia angulum notum CAI. Solvo igitur Triangulum CAI, per axioma 3. planorum hoc modo.

CA,	1097.	Motus ELFI, 349. gr. 39'. per probl. 3.
AI,	237.	Compl. IE, vel IAE, 10. 21.
Summa	1334.	Summa angulorum A, & C, 169. 39.
Differentia	860.	Dimidium summæ 84. 49. 30".

Ut summa laterum CA, & AI, ad differentiam eorundem,

1334. 860.

Ita tangens 84. gr. 49'. 30".

110415249.

Ad 71182244. tangentem anguli 82 gr. 0'. 11". quo sublato de angulo 84. gr. 49'. 30". relinquitur angulus, quæsitus ALI, 2. gr. 49'. 19". qui angulus quia consistit citra medium motum epicycli primi, sive puncti A, idcirco est ab eodem medio motu auferendus: & hic, & in toto semicirculo posteriore FIE. At in semicirculo priore ELF, esset ad medium motum addendus.

Atqui medius motus epicycli primi supra inventus.

NGA, erat — 254. 27'.14".

Ergo si inde auferas ECI, sive OA, 2.gr.49.19.

Relinquitur verus motus
epicycli primi NGO. 25. 37.55".

Ejusque complementum ad integrum circulum ON, 108. gr. 22'. 5".

Et hujus complementum ad semicirculum OP, 71.37.55".

PROBLEMA QUINTUM.

Eccentricitatem Lunæ, sive quantitatem radii epicycli primi ad datum tempus invenire.

Eccentricitas Lunæ ad datum supra tempus erit recta CI.



Iam in Triangulo CAI, per problema præcedens noti sunt omnes anguli, & præterea latera duo CA, & AI. Igitur inde

inde colligo latus tertium: per 2. axioma Triangulorum planorum hoc modo.

Ut ACI, 2. grad. 49'. 19". ad AI, ita CAI, 10. 21.

492323. 237. 1796607.

Ad CI, 865. ferè.

PROBLEMA SEXTUM.

Prosthaphæreses epicycli primi supputare.

Prosthaphæresis epicycli primi, verbi gratia, est angulus CDI, qui angulus & ipse reperitur per axioma 3. hoc modo.

In Triangulo CDI, nota sunt:

1. Latus CD, 10000.

2. Latus CI, 865. per problema 5.

eorumq; summa 10865.

Et differentia 9135.

3. Angulus DCI, 71. grad. 37'. 55". ferè per problem. 4.

Et reliquorum duorum summa 108, 22. 5".

ejusque summæ dimidium 54. 11. $2\frac{1}{2}$.

Dico igitur:

Ut summa CD, & CI, ad differentiam: ita tangens 45. gr. 11'. $2''\frac{1}{2}$.

10865.	9135.	13857198.

Ad 11650759 tangentem anguli 49. gr. 21'. 36". quo sublato de angulo 54. gr. 11'. $2''\frac{1}{2}$. relinquitur angulus CDI, 4. gr. 49'. $26''\frac{1}{2}$. qui angulus, quoniam ultra lineam medii motus Lunæ CD consistit, ideo est ad medium illum Lunæ motum addendus: ut semper in semicirculo posteriore PLN. Auferendus autem esset, in semicirculo priore NGP, quia tunc citra lineam medii motus Lunæ CD, consisteret.

Medius motus Lunæ. 354. gr. 40'. $27''\frac{1}{2}$. per probl. 1.

Prosthaphæresis addenda. 4. 49. $26\frac{1}{2}$.

Summa 359. 38. 54. Verus motus Lunæ à medio loco Solis, ad tempus supra datum.

Cui si adjeceris medium motum Solis ab æquinoctio verno 107. grad. 56'. $37''\frac{1}{2}$. & de summa integrum circulum, nempe 360. gr. abjeceris, habebis verum locum Lunæ ab æquinoctio verno 107. gr. 35'. $31''\frac{1}{2}$.

PRO-

PROBLEMA SEPTIMUM.

Motum latitudinis Lunæ ad quodcunq; datum tempus invenire. Copern. lib.4. cap.4.

Motus latitudinis Lunæ revera nihil aliud est, quàm motus nodorum Eclipticæ & circuli obliqui Lunæ, contra ordinem signorum: prorsus, ut motus præcessionis Æquinoctiorum. Sed Copernicus pro motu nodorum contra ordinem Signorum, ad calculum assumit distantiam Lunæ à boreo limite maximæ latitudinis secundum ordinem signorum, & istam distantiam vocat motum latitudinis Lunæ. Quæ distantia, quia nihil aliud est, quam arcus ex motu nodorum & medio motu longitudinis Lunæ compositus, ideo illi perinde ut medio motui longitudinis Lunæ, prosthaphæresis longitudinis Lunæ, sive prosthaphæresis epicycli primi Lunæ est vel addenda, vel demenda.

Cæterùm, motus nodorum contra ordinem signorum annuus est, 19. gr. 5'. 22''. 41'''. Motus autem longitudinis Lunæ annuus est. 2. 9. gr. 57'. 22''. 36'''.

Hinc componitur motus latitudinis Lunæ annuus
2. 28 gr. 42'. 45''. 17'''. 2''''. & inde
elicitur motus diurnus 0. 13. 13. 45. 39. 29.
& motus horarius 33. 4. 24. 8.

Radix autem illius motus tempore Nativitatis Christi fuit 2. 9. gr. 45'.

Ad tempus igitur supra datum motus medius latitudinis Lunæ colligitur hoc modo, & talis invenitur, ut sequitur.

1. Sex.

1. Sex. — 2''. 28'. 42 gr. 45'. 17''. 21'''. — 26. Sex. 40. Anni.

49. 34. 15. 5. 47. 0. 20. 20.
12. 23. 33. 46. 26. 45. 5. 20.
49. 34. 15. 5. 47.
49. 34. 15. 5. 47.

Sex. 5. 40. 7. 42. 40. Sex. D.
1. — 13'. 13. gr. 45'. 30''. 29'''. — 3. 35. 35'. 6''. 20'''.

39. 41. 16. 58. 27. 30. 30.
6. 36. 52. 49 44. 30. 5. 5.
1. 6. 8. 48. 17. 25.
6. 36. 52. 49. 44.
1. 6. 8. 48. 17.
1. 19. 22. 33.
4 24. 34.

5'. 32. gr. 3'. 1''. 54'''. 3''''.		Motus dierum.
5. 40.	7. 42. 40. 0.	Motus annorum.
2. 9.	45.	Radix.
1. 21.	55. 44''. 34. 3.	Summa.

Æqualis motus latitudinis Lunæ, ſive, media diſtantia Lunæ, à limite boreo maximæ latitudinis, ſecundum ordinem ſignorum. Cui motui ſi addideris proſthaphæreſin longitudinis Lunæ 4. gr. 49'. 26''$\frac{1}{2}$. habebis veram diſtantiam Lunæ à boreo limite maximæ latitudinis, ad tempus ſupra datum 86. gr. 45'. 11''. Ex qua diſtantia liquet, Lunam adhuc eſſe in latitudine borea: & diſtare à cauda Draconis, gradibus 5. ſcrupulis 14'. 49''.

PROBLEMA OCTAVUM.

Ipſam latitudinem Lunæ ſupputare.

Fit hæc ſupputatio prorſus, ut ſupputatio declinationum Solis, compendioſiſſimè per axioma quartum, hoc modo:

Compl.

Compl.maximæ latitud.	85.gr.	0'. 0".	85. 0. 0".	
Motus latitudinis	86.	45'.11".	3.14.49".	
	171.	45.11".	88.14.49.	— 9995320.
Exc.81.		45.11'.	— —	9896590.
				98730.
				49365.

Sinus arcus 0. gr. 16'. 58". qui arcus eſt ipſa latitudo Lunæ, ad tempus ſupra dictum.

Quod ſi quis axiomate quarto uti nolit, utatur primo, vel tertio hoc modo.



Ut EA, quadrans ad AB, maximam latitudinem Lunæ 5. gr. ita EG. diſtantia à cauda Draconis, ſive complementum motus latitudinis, ad GH. latitudinem, per ax.1. vel

Ut GHE, ad GE, ita GHE, ad GH, &c. per axiom. 3.

PROBLEMA NONUM.

Diſtantiam Lunæ à centro terræ ſupputare. Cop. lib 4. cap. 17.



Distantia Lunæ à centro terræ media DC, secundum Copernicum est semidiametrorum terræ 60. scr. 18. Hinc cæteræ distantiæ Lunæ à centro terræ, ita supputantur.

Si Luna sit in linea medii motus Solis, sive circa punctum C, sive circa punctum K, & primum, si consistat ad F. Dico:

Ut DC, 10000. ad DC, 60. 18'. semid. ita CF, 1334. per probl. 4.

Ad CF, 8. 2'. semid. terræ: quibus additis ad DC, 60. 18. efficitur DF, 68. 20'.

Deinde, si consistat ad E. Dico:

Ut DC,

Ut DG, 10000. ad DC, 60. 18'. ſemid. ita CE, 860. per probl. 4.

15.

3.

Ad CE, 5. 11'. ſemid. terræ, quibus additis ad DC, 60. 18', efficitur DE, 65. gr. 29'. ſemid. terræ.

Porrò, ſi conſiſtat ad E.

Ablata recta EC, quæ eſt æqualis rectæ CE. 5. 11'. ſemid. de recta DC, 60. 18'. relinquit rectam DE, 55. gr. 7'. ſemid. Deniq; ſi conſiſtat ad F.



Ablata recta CF, quæ eſt æqualis rectæ CF, 8. gr. 2'. ſemid. de recta DC, 60. gr. 18', relinquit rectam DF, 52. gr. 16'. ſemid. Si vero Luna non ſit in linea medii motus Solis, diſtantia ejus à centro terræ ita ſupputatur.

EXEMPLI gratia: ad tempus ſupra datum, in Triangulo CDI, angulus ICD, 71. gr. 37'. 55''. per probl. 4. CDI, 4. gr. 49'. 26''½. per probl. 6.

Summa utriusq; anguli 76.gr.27'.21''½. Et illius summæ cõplementum ad duos rectos CID, 103. gr. 32'. 38''½. Sed cujus idem est sinus, qui complementi sui 76.gr.27'.21''½. per 7.p.2.

Dico igitur:

Ut CID, 76.gr.27'.21''½. ad CD, semi.terræ, ita ICD, 71.gr.37'.55''.

Sin.9721896.	60.18.	Sin.9490519.
	15.	
	3.	

Ad ID, 58. gr. 52'. semid. terræ: quæ tum erit distantia Lunæ à centro terræ.

PROBLEMA DECIMUM.

Parallaxes Lunæ supputare.

Hîc prorsus, ut in parallaxibus Solis supputandis, duo præcognoscenda sunt:

1. Distantia Lunæ à vertice.
2. Distantia Lunæ à centro terræ.

Distantia Lunæ à vertice, si non sit in ipso horizonte, sic reperitur.

Primum recolligo longitudinem Lunæ: quæ tempore supra dato erit 107. gr. 35'. 31''½. Et latitudinem: quæ tum erit 0. gr. 16'.58''.

Deinde ex his inquiro declinationem & ascensionem rectam Lunæ, per probl.15.lib.1. & invenio declinationem Lunæ 22.gr.35'.20''. & ascensionem rectam 109.grad.9'.55''. Postea ascensionem rectam, 109. gr. 6'. 32''. nempe in adjuncto Schemate arcum QO, compono cum arcu CQ. noto ex problemate 13. libri præcedentis 55.gr.18'.20''. Et fit arcus CO, 164.gr. 24'.52''. cujus complementum ad semicirculum est arcus OA, 15.gr.35'. 8''. Qui arcus est mensura anguli TFH. Quo noto, quia etiam latera ipsum includentia FT, (complementum eleva-



levationis poli) & FH, (complementum declinationis Lunæ) nota sunt, inquiro complementum altitudinis Lunæ, sive distantiam Lunæ à vertice TH, per ax. 4. hoc modo.

FT, 40.25.	—	40.25.		
FH. 67.24'.40".	—	22.35.20".		
107.49.40.		63. 0.20.	—	8910505.
Exc. 17.49.40.	—	—	— — —	3061569.
				11972074.
TFH, 15.gr.35'. 8".		1000000.		5986037.
74. 24.52.		9632303.		
		367697.		

Ut 10000000. ad 5986037. ita 367697. ad 220104. quo detracto de 8910505. relinquitur 8690401. sinus altitudinis Lunæ HS, 60.gr.20'.50". cujus compl. TH, 29. gr. 39'. 10". est distantia Lunæ à vertice.

Distantia Lunæ à centro terræ ad tempus supra datum erit 85.gr.52'. semidiametrorum terræ: per problema præcedens.

His duobus ita præcognitis parallaxes Lunæ non aliter

quàm parallaxes Solis supputantur, nempe maxima quidem parallaxis per axioma 1. hoc modo.



Ut GD, 58. 52. sem. terræ, ad DA, 1. sem. ita GD, rad. 10000000.

3532. scr. 60, scr.

Ad DA, 169875. sinum anguli AGD, 58'. 24",

Cæteræ verò, vel per axioma 3. hoc modo.

AD, 1. semid.	EDF, 29. gr. 39'. 10".
DF, 58. gr. 52'. semid.	A & E, 150. 20. 50".
Summa 59. 52. semid.	Dimid. 75. 10. 25".
Diffe. 57. 52. semid.	Tangens — 377861.

Ergo:

Ut 59. gr. 52'. semid. ad 57 gr. 52'. semid. ita tang. 37778020.

3592. scr. 3472.

Ad 36515248. tangentem anguli 74. gr. 41'. 5" ½. quo detracto de angulo 75. gr. 10', 25", relinquitur angulus AFD, 0. gr. 29'. 19" ½. parallaxis Lunæ ad tempus supra datum.

Vel

Vel per axioma primum: hoc modo:

EDF,29.gr.39'.10''. Sinus LF, 4947426.

Sinus complementi LD, 8690396.

Sinus maximæ parallaxeos AD, 169875. Subtrahe.

AL,8520521.

Ut AL,8520521. ad LF,4947426.ita AL, 10000000 ad LF, 5806483. Tangentem anguli LAF,30.gr.8'. 29''½. De quo detractus angulus EDF, 29.gr.39'. 10''. relinquit angulum parallacticum AFD. 0.gr.29'.19''½.

PROBLEMA UNDECIMUM.

Quomodo parallaxis Lunæ longitudinem, vel latitudinem ejus mutet, ostendere. Cop. lib 4.cap.26.

¶ Si verticalis per Lunam transiens sit ipse Signifer, tota parallaxis ut Solis, ita etiam Lunæ, in longitudinem transit: eamq; minuit in quadrante occidentali, auget in quadrante orientali.

¶ Si verticalis per Lunam transiens sit Signifero rectus, tota parallaxis in latitudinem transit, & latitudinem quidem austrinam facit majorem, boream vero minorem.

¶ Si verticalis per Lunam transiens sit Signifero obliquus, parallaxis Lunæ partim longitudinem, partim latitudinem ejus mutat. Causa patet ex ijs, quæ de parallaxibus Solis diximus.

¶ An autem verticalis per Lunam transiens sit Signifero rectus, vel obliquus, facilè sciri potest. Nam per 13. probl. præcedentis, & per 10 problema hujus jam nota sunt.

1. Omnia latera Trianguli TFH, & præterea angulus TFH.

2. Totum Triangulum QCR.

3. In Triangulo TLP, latus TP, & angulus LPT.

Diço



Dico igitur in Triangulo TFH.

I. Ut TH. *29*. gr. *39'*. *10''*. ad TFH, *15*. gr. *35'*. 8''. ita FH, *67*. gr. *24'*. *40''*.

4947426. *2686769*. *9232847*.

Ad 5014027. sinum anguli FTH, qui idem est sinus anguli LTP, *30* gr. *5'*. *34''*.

II. In Triangulo LTP, inquiro angulum TLP, per axioma quartum, hoc modo:

LTP, 30. gr. 5'. 34''. — *30. 5'. 34''*.
TPL, *76*. 53'. 55''. — *13. 6. 5''*.

106. 59'. 29''. — *43. 11. 39*. — 6844729.
Exc. *16*. *59. 29*. — — 2922280.

9767009.
4883504.

TP, 29. 56'. 22''.
Compl. 150. 3. 38. | 10000000.
Exc. 60. 3. 38. | 8665533.

Sinus versus. 1866553 3. Vel enim angulus LPT, vel angulus TLP, est maximus. Alioqui Triangulum LTP, haberet tres duobus

duobus rectis minores, quod est impossibile, per 47. p. 1. Si angulus TLP, est maximus pro latere TP, maximo est assumendum ipsius complementum ad semicirculum, per 61. p. 1. Si angulus LPT, est maximus pro angulo LPT, est assumendum ejus compl. ad semicirculum, per eandem. Quo facto, habetur Triangulum unius lateris quadrante majoris. Pro quo si solvas Triangulum illi adjacens, quod habeat utrumq; latus quadrante minus, pro latere TP, quadrante minore, dabitur tibi angulus quadrante maior. Qua de re vide Trig. pag. 143.

Ergo:

Ut *10000000.* ad *4883504.* ita 18*665533.*

Ad *9115320.* unde subtractus sinus *6844729.* relinquit *2260591.* sinum arcus 13 gr. 3'. 54''. qui est excessus tertii lateris supra quadrantem: cujus excessus complementum ad quadrantem *76.* grad. 56'. 6''. est mensura anguli TLP, quæsiti. Unde liquet, verticalem TL, in hoc exemplo Signifero PL, non esse rectū.

Quia igitur verticalis TL, Signifero PL, nō est rectus, ideo parallaxis Lunæ partim longitudinem, partim latitudinem ejus mutat. Longitudinem Lunæ minuit arcu IN, latitudinem ex borea HN, facit austrinam IK. Qui duo arcus IN, & IK, porro reperiuntur hoc modo.

I. Ut HLN, *76.* gr. 56'. 6''. ad HN, latitud. *16'. 58''.* ita HNL.

9741142.	*49353.*	*10000000.*

Ad 50664. sinum arcus HL, 17'. 25''. qui arcus demtus de parallaxi HK, 28'. 53''. relinquit arcum KL *11'. 54''* ½. per ax. *3.*

II. Ut LIK, rad. ad LK, 11'. 54''½. ita ILK, *76.* gr. 56'. 6''.

10000000.	*34640.*	*9741142.*

Ad *33743.* sinum arcus IK, *11'. 32''* ½. quæ erit latitudo Lunæ visa austrina, tempore supra dato per ax. *3.*

III. Ut KLI, *76.* gr. 56'. 6''. ad rad. ita KI, *11'. 6''.*

Tang. *43091672.*	*10000000.*	tang. *33743.*

Ad 7830. sinum arcus IL, 2'. *41''* ½. per ax. *2.*



IV. Ut HLN, 76. gr. 56′. 6″. ad radium.
Tang. 43091672. 10000000.
Ita HN, 16′. 58″.
Tang. 49354.

Ad 11453. ſinum arcus LN, 3′. 56″. per ax. 2: Qui arcus LN, 3′. 56″. compoſitus cum arcu IL, 2′. 41″. $\frac{1}{2}$. efficit arcum IN, 6′. 37″ $\frac{1}{2}$. qui arcus detractus ab arcu QN, hoc eſt, à vera longitudine Lunæ 107. gr. 35′. 31″. $\frac{1}{2}$. relinquit longitudinem Lunæ viſam 107. gr. 28′. 54″. quæ ablata à longitudine Solis viſa 107. gr. 56′. 19″ $\frac{1}{2}$. relinquit viſam diſtantiam Lunæ à Sole ad tempus ſupra datum 27′. 25″ $\frac{1}{2}$.

PROBLEMA DUODECIMUM.

Data vera diametro Lunæ, unà cum diſtantia à centro terræ, apparentem ejus diametrum invenire.

Vera ſemidiameter Lunæ ſecundum Copernicum eſt ſemidiametrorum terræ 0. ſcr. 17′. 9″. Diſtantia Lunæ à centro terræ ad tempus ſupra datum, erit 58. ſemid. terræ & 52. ſcrupulorum per probl. 9. Hinc apparens ſemid. ameter Lunæ ita ſupputatur.

Ut

Ut KL, 58. gr. 52'. sem. ad LO, 17'. 9''. s.

211920, 1029. scr. 2.

Ita KL, 10000000.

Ad LO 48556 tangentē anguli LKO vel DKC, 16'. 41'$\frac{1}{2}$. qui est apparens semidiameter Lunæ. Cujus duplum 33'. 23''. est apparens diameter Lunæ ad tempus supra datum.



PROBLEMA XIII.

Apparentem diametrum umbræ, quam Sol spargit à terra, in Luna transitu, reperire.

Eclipses nostri seculi ostendunt semidiametrum Lunæ LO, esse ad semidiametrum umbræ MR, ut 150. ad 403. ut refert Copernicus lib. 4. c. 19. Hinc semidiameter umbræ, quâ Luna transit, nempe recta MR, ita reperitur.

Ut 150. ad 403. ita LO, 16'. 41'$\frac{1}{2}$.

per probl. 12. Sin. 48556.

Ad MR, 1303. sinum arcus, vel anguli 44'. 51''.

F I N I S.

BARTHOLOMÆI PITISCI
Grunbergensis

PROBLEMATUM ASTRONOMICORVM

Liber Sextus.

De calculo Eclipsium.

PROTHEORIA.

Eclipsis dicitur obſcuratio Solis vel Lunæ. Obſcuratio Solis eſt interceptio luminis Solis, facta à Luna inter Solem & viſum noſtrum diametraliter interpoſita. Obſcuratio Lunæ eſt defectus luminis Lunæ, quem defectum Luna patitur, quando terra inter ipſam & Solem diametraliter interponitur, & ſic Luna in umbram terræ incurrit. Omnis igitur Eclipſis Solis, fit in conjunctione: Lunæ, in oppoſitione Solis & Lunæ. Sed non in omni conjunctione, vel oppoſitione Solis & Lunæ fit Eclipſis: quia Sol & Luna non ſemper diametraliter opponuntur, aut conjunguntur, propter latitudinem Lunæ: ſive propter evagationem Lunæ ab Ecliptica. Ad Eclipſes itaq; ſupputandas, & conjunctiones, vel oppoſitiones luminarium indagare, & latitudinem Lunæ circa id tempus inveſtigare oportet. Atq; hæc omnia ſecundum veritatem in Eclipſibus Lunaribus: ſecundum viſum in ſolaribus: quia Sol per ſe

per ſe non obſcuratur, ſed viſus tantùm noſter impeditur, quò minus lumen Solis videat. Luna autẽ per ſe obſcuratur. Hæc cauſa eſt, cur in Eclipſibus Solis parallaxeon tàm Solis, quàm Lunæ, tàm accurata ratio habenda ſit: in Eclipſibus Lunæ nulla. De his igitur, & quæ præterea ad calculum Eclipſium pertinent, paucula quædam problemata quaſi coronidis vice cæteris adjungemus.

PROBLEMA PRIMUM.

Tempus mediæ conjunctionis, vel oppoſitionis Solis & Lunæ reperire. Copern. lib. 4. c. 28.

Ad tempus propinquum, quod ex jam factis conjunctionibus & oppoſitionibus Solis & Lunæ facile conjicies, inveſtiga motum Lunæ à Sole æqualem. Qui ſi integrum circulum cõplevit, erit conjunctio media: ſi ſemicirculum tantum, erit oppoſitio media. Si neq; circulum neq; ſemicirculum exactè complevit: ſed vel major eſt, vel minor: tantum temporis tempori ſumto addes, vel ſubtrahes, quantum diſtantiæ Lunæ à Sole competit. Exempli gratia. Anno 1600. menſe Iunio continuata novilunia & plenilunia oſtendunt fore novilunium, hoc eſt, conjunctionem Solis & Lunæ triceſima die Iunii poſt meridiem. Ergo ad tempus propinquum, verbi gratia, ad horam ſecundam P. M. inquiro motum Lunæ à Sole æqualem & invenio

5ˢ. 54. gr. 49′. 27″.

Huic motui æquali deſunt ad integrum circulum

5. gr. 10′. 33″.

Conficiet autem Luna hunc curſus ſui defectum horis 10. ſcr. 1′. 8″.

Nam motus Lunæ horarius eſt

30′. 28″.

Ut autem 30'.28". ad unam horam: ita 5. gr. 10'.33". ad 10. horas, ſcr. 11'.32".

Ergo tempori ſupra dato, ſi addidero 10. horas ſcr. 11'. 32". Conjunctio Solis & Lunæ media erit, Anno 1600. triceſima Iunii, hora uſuali 12. ſcr. 11'. 32". P. M. ſub Meridiano Cracovienſi.

PROBLEMA SECUNDUM.

Tempus veræ conjunctionis, vel oppoſitionis Solis & Lunæ reperire. Copern. lib. 4. cap. 29.



Primùm, ad tempus mediæ conjunctionis, vel oppoſitionis Solis & Lunæ, quære eorum proſthaphæreſes: & erunt in exemplo noſtro.

Proſthaphæreſis Solis ablativa quaſi angul[9] IDC, 0. gr. 17'.1".

Proſthaphæreſis Lunæ additiva quaſi angulus CDE, 4. gr. 54'.51".

Deinde

Deinde prosthaphæreses, si sint diversi generis, mutuò junge: si sint ejusdem generis, minorem à majore subtrahe, ut appareat vera distantia Lunæ à Sole. Ut, in nostro exemplo, prosthaphæreses sunt diversi generis: nempe altera ablativa, altera additiva. Iungo igitur.

ICD, 0. gr. 17′. 1″.
CDE. 4 gr. 54. 51.
———————
5. gr. 11′. 52″.

Et evadit angulus IDE, sive arcus 5. gr. 11′. 52″. quo angulo, vel arcu in media conjunctione Luna distabit à Sole, & prætergressa erit Solem.

Tertiò, ex distantia Lunæ à Sole, probabiliter collige, quot horis vera conjunctio mediam antecedat, vel sequatur: hoc modo.

1. Gradus cursus ☾, à ☉, dat horas fermè duas: quot horas dabunt 5. gr. 11′. 52″. ℞. 10 hor. scr. 23′. 44″.

Quartò, has horas 10. scr. 23′ 44″. (quia vera conjunctio mediam præcessit: quod ex prosthaphæresibus apparet,) subtrahe à tempore mediæ conjunctionis, hoc modo.

12. h, 11′. 32″.
10. h, 23. 44.
———————
1. h, 47′. 48″.

Et evadet tempus æstimatum veræ conjunctionis Solis & Lunæ, 1. h 47′. 48″. P.M.

Quintò, ad tempus æstimatum veræ conjunctionis Solis & Lunæ quære vera loca Solis & Lunæ: ut appareat, an illa loca coincidant, an verò adhuc luminare alterum ab altero distet. Ut in nostro exemplo, ad tempus æstimatum veræ cōjunctionis verus loc⁹ Solis ab æquinoctio verno erit 107. gr. 50′. 4″. Verus locus Lunæ ab eodem æquinoctio verno erit 107 gr. 29.′ 19″. Jam locus Lunæ subtractus à loco Solis relinquit differentiā 20′ 45″. Distabit igitur tum adhuc Luna à Sole scrupulis 26′ 45″.

Sextò,

Sextò, verum locum Lunæ collige etiam ad tempus problemate primo assumtum: & differentiam temporis atq; motuum nota hoc modo.

Verus motus ☾.

Hora 2. scr. 0'. 0".	—	107. gr. 35'. 31".
Hora 1. scr. 47. 48.	—	107. 29. 19.

Differentia temporum 12'. 12". Diff. motuum 0. 6. 12".

Septimo, ex hac utraq; differentia, quanto tempore Luna, residua ista scrupula 26'. 45". conficere, & ad Solem pervenire possit, collige hoc modo.

Ut 6'. 12". scr. graduũ ad 12'. 12". scr. hor. ita 26'. 45". scr. gr..

372". 732". 1605".

Ad 52'. 38". scrupula horaria.

Octavò, hæc scrupula horaria 52'. 38". adde ad tempus æstimatum veræ conjunctionis, & habebis absolutum tempus veræ conjunctionis: hoc modo.

Tempus æstimatum veræ ☌	—	hor. 1. scr. 47'. 48".
Defectus	— —	hor. 0 scr. 52. 38.
Tempus veræ ☌ Cracoviæ	—	hor. 2. scr. 40. 26. P. M.
		59. 0.
Idem tempus, Heidelbergæ	—	hor. 1. scr. 41. 26. P. M.

PROBLEMA TERTIUM.

Tempus visæ conjunctionis Solis & Lunæ reperire. Cop. lib. 4. c. 31.

Primùm, inquire visam Lunæ à Sole distantiam, tùm ad tempus veræ conjunctionis, tùm ad horam præcedentem in quadrante Signiferi orientali, vel ad horam sequentem, in quadrante Signiferi occidentali, per problema 11. libri. 5.

Deinde distantiam minorem subducà majore, vel si altera distantia citra, altera ultra Solem consistat, mutuò junge, & habebis

habebis visibilem Lunæ motum à Sole, competentem illi horæ, in qua tum sit motus.

Tertio sic ratiocinare.

Ut visibilis Lunæ motus horarius ad 1. horam:

Ita visibilis Lunæ distantia à Sole, tempore veræ conjunctionis, ad hor. — scr. —

Quartò has horas, vel hæc scrupula horaria adde ad tempus veræ conjunctionis, in quadrante Signiferi occidentali: vel ab eodem tempore aufer, in quadrante Signiferi orientali, & habebis tempus visæ conjunctionis.

EXEMPLUM. Tempore veræ conjunctionis Solis & Lunæ, Anno 1600. die 30. Iunii, hora 1. scr. 41'. 26". P.M. respectu Meridiani Heidelbergensis visa Lunæ à Sole distantia erit circiter 5'. 20". citra Solem hor. 2. scr. 41'. 26". P.M. visa Lunæ à Sole distantia erit circiter 24'. 18". ultra Solem. Summa utriusq; distantiæ est 29'. 38".

Iam

Ut 29'. 38". scr. graduum	ad 1. horam,	ita 5'. 20". scr. gr.
1778".	3600".	320".

Ad 10'. 48". scrupula horaria: quæ addita ad tempus veræ conjunctionis, Heidelbergæ efficiunt tempus visibilis conjunctionis 1. horam 52'. 14". P.M.

PROBLEMA QUARTUM.

Visam latitudinem Lunæ à Sole ad tempus visæ conjunctionis invenire.

